ſe duos deos ſicut egregie clare ⁊ diffuſ
ſe probat Sco. in ꝑ di.2.q.3. Quod ſit
⁊ vocetur bonum concedunt theologi-
quia habet bonitatem per eſſentiam: a
lia per participationem Et ideo Nemo
bonus niſi ſolus deus Luc.18. Quod
ſit ſuperius omni ente intelligitur ſupe
rioritate perfectionis non predicationis
Quod ſit ſupra intellectum hoc eſt ve-
rum ſm Scotuꝫ naturaliter quia Nō
eſt obiectum naturaliter mouens intel
lectum noſtrum ſed voluntarie quia ſi
vult videtur ſi non vult non videtur: vn
de Sco. in ꝑ di.3.q.1. dicit Deus vt hec
eſſentia in ſe non cognoſcitur naturali-
ter a nobis: quia ſub ratione talis cogno
ſcibilis eſt obiectum voluntarium non
naturale: niſi reſpectu ſui intellectus tā
tum: ⁊ ideo a nullo intellectu creato po
teſt ſub ratiōe huius eſſentie vt hec na
turaliter cognoſci Nec aliqua eēntia na
turaliter cognoſcibilis a nobis oſten-
dit ſufficienter hanc eſſentiam vt hec:
nec per ſimilitudinem vniuocationis
nec imitationis hec Sco. Et ideo dici-
tur ſupra intellectum quia ſupra vires
eius naturales cum ſua virtute aſcen-
dere non poſſit ad dei claram ⁊ mani-
feſtam notitiam. Quod in anima no-
ſtra ſit vnitio nobilior ipſo intellectu ve
rum eſt ſm Bonauenturam Quia in
voluntate noſtra eſt quedam potentia
ſiue virtus: que eſt ſupremum in ſpiri-
tu rationali: per quam vinculo amoris
eſt vnibilis ſpiritui ſancto ⁊ ipſi deo. Et
alij theologi multi affirmant volunta-
tem per quam vnimur deo eſſe intelle-
ctu preſtantiorem cum in regno anime
ipſa ſit regina: vide ad hoc rationes ef-
ficaces Scot. in.4.di.49.q.4. Et ſic
apparet confutatio eorum qui nihil pu
tant ſuperſubſtantialiter eſſe ſuper en-
tia creata ⁊ finita Subiungit alium er
rorem ipſorum Cum dicit. (¶ Putan
tes ſe ſcire eum qui poſuit tenebras la-
tibulum ſuum: ea cognitione que eſt ſe
cundum ſeipſos) ideſt naturali. No-
tandum quod per tenebras hic intelli-
git imenſitatem diuine lucis Sicut de
us qui eſt lux ſumma ⁊ maxime viſibi
lis propter immenſitateꝫ illius lucis di
citur inuiſibilis: ſic propter eandeꝫ cau
ſam illa lux vocatur tenebra. Nam in
eius cognitione obtenebreſcit omnis in
tellectus. Et ideo deus dicitur pone
re tenebras ideſt lucem ſuam latibu-
lum ſuum: quia in immenſitate ſue lu-
cis omnibus occultatur ⁊ reditur igno
tus. ¶ Quod deus cognitionem natu
ralem excedat euidenter manifeſtatur
per tria cognitionum genera mutuo ſe
excedentia.

Primum Genus cognitionis 1
eſt per ſpeculuꝫ cre
aturarum ſenſibilium que docetur a
Ricardo de ſancto victore ī libro ꝑ de
Archa miſtica ⁊ iſta per ſex gradus do
cet ad cognitionem creatoris omnium
ordinate conſcendere per humanam in

duſtriam cum dei adiutorio.

¶ Primus gradus eſt In imaginatione ſecundum ymaginationem: quando videlicet creaturarum magnitudinem: pulcritudinem: diuerſitatem: ⁊ iocunditatem admirantes conſideramus. Et in his diuinam potentiam: ſapientiam ⁊ munificentiam venerando miramur. Et nihil ratiocinando vel argumentando querimus. Hunc gradum habebat propheta quādo dicebat in ps. 103. Quā magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapiētia feciſti: impleta eſt terra poſſeſſione tua. Hoc mare magnum ⁊c.

¶ 2. gradus eſt In ymaginatione ſecundum rationem: quando videlicet de predictis cognitis: cauſam: rationem: modum: diſpoſitionem: ordinem ⁊ vtilitatem querimus ⁊ inuentam in noſtram conſiderationem cum admiratione adducimus: Hunc ſecundum gradū habebat ille qui dicebat Eccē. j. Oritur ſol ⁊ occidit ⁊ ad locum ſuum reuertitur: ibiq; renaſcens girat per meridiē ⁊ flectitur ad aquilonem Omnia flumina intrant mare ⁊ mare non redundat Cuncte res difficiles: non poteſt eas homo explicare ſermone.

¶ 3. gradus eſt. In ratione ſm ymaginationem: quando videlicet per ſimilitudinē harum rerum viſibilem ratiocinando venimus in cognitionem inuiſibilium anime noſtre Hunc gradū habuit ille qui dixit Job. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore: repletur multis miſerijs: Qui quaſi flos egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit velut vmbra ⁊ nunq̄ in eodem ſtatu permanet. Et ille qui dixit Jaco. j. Qui heſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento mouetur ⁊ circumfertur.

¶ 4. gradus eſt. In ratione ſecundū rationem: quando videlicet per inuiſibilia noſtra nobis per experientiam nota venimus in cognitionem inuiſibilium dei: que ſunt nobis ignota: puta per memoriam intelligentiam ⁊ voluntatem cognoſcimus cauſam eſſe potentem ſapientem ⁊ optimam Et huc vſq; humana cum dei adiutorio induſtria aſcendit.

¶ 5. gradus eſt ſupra rationē ⁊ non preter rationem: quando videlicet ex ſcripture auctoritate illa contemplamur de diuinitatis natura ⁊ de illa ſimplici eſſentia. que nulla humana ratione inueſtigari poſſunt. Nec tamen ſunt preter rationem: quia eis humana ratio contraire non poteſt ſed magis aſſentit ⁊ alludit. Sicut eſt illud ps. 118. Juſtus es domine: ⁊ rectum iudicium tuum.

¶ 6. gradus eſt Supra rationem ⁊ videtur eſſe preter vel contra rationem: quā do videlicet animus ex diuina irradiatione talia de deo cōſiderat: quibus omnis humana ratio reclamat: qualia ſūt illa de proceſſione ordine ⁊ trinitate perſonarum. De quibus cum humana ratio conſulitur nihil aliud q̄ȝ contraire videtur. Sicut eſt illud 1. Jo. v. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo: pater verbū ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres vnum ſunt.

¶ Hij ſex gradus contemplationis repreſentantur miſtice in fabricatiōe Arche: que contemplationem ſignificat ⁊ per ſex que ad Arche conſtructionem concurrebant.

¶ Primus gradus ſignificatur per lignum: quo archa eſt fabricata: qđ erat infimum in ea.

¶ 2. gradus ſignificatᷓ per aurum: quo ligna deaurata erant deſuper.

¶3.per coronam ſuperpoſitam omnibus lignis deauratis.

¶4.per propitiatorium:quod cooperiebat totam archam : aurum : & coronam.

¶5.per cherub dextrũ:qui ſignificat ea: que aliqualiter rationi conſentiunt.

¶6.per cherub ſiniſtrũ: qui ſignificat ea:que omni humane rationi ſunt occulta. Sicut enim ſiniſtra magis ſub pannis occultatur ꝙ dextera ſic per ſiniſtrum cherub magis occultiora ſignificantur. ¶Et iſta cognitio ſiue ſcientia ſaltem quo ad quattuor primos gradus correſpondet legi nature. Et fuit ſapientia philoſophorum. Et ſignificata eſt per lyam que erat lippa oculis. Gen.29. Quia iſta ſapientia non potuit vere illuminare genus humanum cecum ad perfecte cognoſcendum finem ſuum. Et ſicut lex nature fuit imperfecta. Ita hoc cognitionis genus fuit imperfectum. Et aſcendit ab inferioribus ad ſuperiora.

2 Secundum Genus cognitionis eſt per immiſſionem ſpiritualium radiorum: quando videlicet anima lumine diuino ſuperinfuſo per cognitionem ſummi exemplaris ſiue creatoris venit in cognitionem & in immutabilem veritatem exemplatarum & creatarum rerum multo melius ꝙ ratiocinando ſiue diſcurrendo per philoſophicas argumentationes. Talis fuit ſapientia Moiſi:qui lumine diuino deſuper illuſtratus:per cognitionem prime cauſe in certiſſimam cauſatorum cognitionem limpidius peruenit ꝙ aliquis naturalium philoſophorum. De iſta ſapientia que deſcendit a ſuperioribus ad inferiora non modicam mentionem facit Auguſtinus in libro de Magiſterio & vera religione. ¶Et iſta cognitio ſiue ſapientia correſpondet veteri teſtamento & fuit ſapientia iudeorum: tanto perfectior ſapientia philoſophorum: ꝙto lex ſcripture fuit perfectior & completior lege nature. Et iſta ſignificata eſt ꝑ rachel pulcherrimam & non lippam oculis ſicut lya:quia iſta fuit magis illuminatiua: nec erronea aut cecutiens ſicut phya a lumine naturali aquiſita.

Tertium Genus Cognitionis eſt per amorem ardentiſſimum vnitiuum: quo anima ſuo dilecto deo in contemplatione coniungitur & in ipſum totaliter transformatur: Ex qua vnione amoroſa per apicem voluntatis effecta: relinquitur in intellectu quedam cognitio: ſiue illuminatio ſiue ſapientia diuiniſſima multo clarior multoqꝫ perfectior oīb⁹ predictis. Et iſta eſt miſtica theologia: Et ſapientia chriſtianorum: quam deus aprobat & laudat vt dicit Dioniſius in principio miſtice theologie: que replet animam claritatibus ſuperpulcris. ¶Et iſta ſapientia correſpondet nouo teſtamento: que tanto prefatis eſt dignior quanto teſtamentum nouum: & lex gratie: legi Moſaice ac naturali prepondetat: Unde ſignificatur per Mariam magdalenam : que vt ſcribitur. Jo.20. ardebat deſiderio querens dilectum: quia iſta ſapientia amore ardentiſſimo comparatur Per iſtam ſapientiam inuenitur ille qui poſuit tenebras latibulum ſuum: quia per amorem vnitiuum in ipſum transformat: Alie autem non ſic aproprinquant. 3

Et ideo dioniſius deridet eos qui pu-
tant cognitione: τ ſapientia naturali-
ter aquiſita cognoſcere poſſe illum qui
poſuit tenebras latibulum ſuum.
(Si autē ſuper iſtos ſunt doctrine mi
ſteriorum Quid dicat aliquis de ma-
gis indoctis qui cauſam ſuperpoſitam
omnibus ex infimis figurant.) Magiſ
indocti τ magis prophani ſunt ydola-
tre qui cauſam omnibus ſuperpoſitaʒ
effigiant τ figurant corporalibus linia-
mētis ex rebus īfimis. videlicet ex Ter
ra que eſt infimum corporum ſimpli-
cium Et ex luto lapide vel metallo que
ſunt infima corporum mixtorum. Et
ſic magis a diuina cognitione elongan-
tur q̄ prefati de ſcientia preſumentes.

Quarto Ex iſta littera dioniſij elicio. Concluſiões no
tabiles τ ſingulares que ſunt iſte.

¶ Cpª Ad aquirendam iſtam ſummā τ
ſupernam ſapientiam. que in miſtica
theologia edocetur: neceſſaria eſt indu
bia fides τ firma credulitas: ſine qua
nedum inueniri ſed nec agnoſci mini-
me valet: vnde vocatur ſapientia chri-
ſtianorum ideſt fidelium Hec innuitur
in littera quando dicit. Quod non cre-
dentes deum aliquid habere ſuper ydo
la effigiata: non ſunt huiuſcemodi ſapi
entie capaces. Figura hr̄ Deutero. 23.
vbi ſcribitur Amonites τ moabites
etiam poſt decimam generationem nō
intrabunt eccleſiam dei: quia conduxe
runt contra te Balaam filium beor de
meſopotamia ſyrie. ¶ Moraliter A-
monites τ moabites qui fuerunt ydo-
latre ſicut dicit Nico. de lyra in morali-
bus ſuper Deut. 2. ſignificant quoſlibet
firmam τ indubiam fidem non haben
tes. Et ſicut illi etiam poſt decimaʒ ge-
nerationem in dei eccleſiam ideſt in a-
tria templi introire non poterant. Sic
indubiam fidem non habentes: etiam
poſt omnium naturalium perfectionuʒ
conſumationem quaſi poſt decimam
generationem: in ſupernam ac trium-
phantem domini eccleſiam per contem
plationis gratiam penetrare non poſ-
ſunt. Nec in atrijs celeſtis hieruſalem
ad perfectam chriſtianorum ſapientiaʒ
aquirendam introire. Unde de ſapien-
tia ſcribitur Baruch. 3. Nō eſt audita
in terra chanaan vbi ſcilicet erāt ydola
tre. Neqʒ viſa eſt in theman vbi ſcili
cet erant infideles ponentes tantuʒ pre
ſentem vitam prout ibi declarat lyra.

¶ 2. Ad inueniendam iſtam ſupremam
ſapientiam neceſſaria eſt humilitas ꝓ
funda: quia nullus preſumere debet ꝓ
priis viribus: ſcientia: induſtria vel me
ritis poſſe ad ipſam pertingere: cuʒ om
nes humane facultatis vires excedat:
cum ſit optimum donum dei deſurſuʒ
deſcendens a patre luminum: qui ab-
ſcondit ipſam a ſapientibus τ pruden
tibus τ reuelbat eam paruulis ideſt hu
milibus mat. 11. Et hec innuitur in litte
ra quando dicit Quod preſumentes
ſua ſcientia ſcire eum qui poſuit tene
bras latibulum ſuum: huius ſapientie
non ſunt capaces. Figura habetur
Dan. 4. Nam Arioli: magi: caldei: au
ruſpices τ cuncti babilonis ſapientes
tumidi τ de ſua ſcientia preſumentes:
ſomnium regis intelligere non potue-
runt ſed ſolus daniel humilis τ de di-
uina pietate preſumens ipſum profun-
diſſime penetrauit: τ alijs euidentiſſi-
me declarauit. Sic de ſua ſcientia pre-
ſumentes ad ſuſcipiendam miſticam ſa
pientiam τ ad diuinas reuelationes e-
lucidandas minime ſunt ydonei Et i-

deo ſcribitur Baruch. 3. Filij quoqꝫ Agar qui exquiſierunt prudentiaꝫ que de terra eſt: negaciatores terre: ⁊ theman: ⁊ fabulatores: ⁊ exquiſitores prudētie ⁊ intelligentie: viā auteꝫ ſapientie neſcierunt: neqꝫ commemorati ſunt ſemitas eius Et ideo ſcribitur ad Ro. j. Dicentes ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt.

¶ 3. Ad poſſidendam iſtam chriſtianorum ſapientiam neceſſaria eſt ſpes a terrenis ſemota ⁊ ad celeſtia ſubleuata: cum iſta ſapientia aquiratur per eleuationem omnium deſideriorum ad ipſum deum amandum ⁊ guſtandum. Et ideo in terrenis ſpem habentes ad huiuſcemodi ſapientiam non ſunt ydonei. Hec innuitur in littera quando dicit. Quod occupati detenti infirmati ⁊ figurati in his terrenis non ſunt huius ſapientie ydonei auditores. Exēplū Mat. 19. Adoleſcens perſuaſus a chriſto vt venditis omnibus ipſum ſequeretur per viam perfectionis: quia diues erat: ⁊ ſpem a terrenis totaliter non amouerat: non eſt ſecutus eum: nec vidit eum in monte tranſfiguratum nec forte in celum aſcendentem ſicut Petrus ⁊ aliqui alij: qui omnia reliquerāt ⁊ ſpem a terrenis omnino ſubtraxerant mat. 17. ⁊ 19.

¶ 4. Ad perfecte poſſidendum iſtaꝫ ſapientiam requiritur viuax amor ⁊ ardens caritas erga deum: quia iſta eſt ſapientia affectiua: que conſiſtit in apice voluntatis humane: non in intellectu aut memoria. Et ideo dicitur ſapientia perfectorum de qua Paulus dicit. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos ſapientiam vero non huius ſeculi: neqꝫ principum huius ſeculi qui deſtruuntur: ſed loquimur dei ſapientiam in miſterio: que abſcondita eſt quia eſt ſolum illorum qui omnem amorem a terrenis auferunt ⁊ totum cor ſuum in deum ſuum effundunt: vnde Iſta ſapientia dicitur optima portio Marie magdalene que ieſu dilecti deſiderio tota ardebat.

Hec innuitur in littera cum dicit. Qd̄ ydolatre immerſi in his corporalibus ymaginibus lineamentis: ⁊ paſſionibus non ſunt tante ſapientie ydonei auditores. Cum totaliter a corporalibus ſeparatos ars iſta requirat: cum ducat ad ſummum verticem contemplationis: In quo eſt caligo ⁊ ignorantia omnium ſenſibilium: ⁊ intelligibilium: exiſtentium: ⁊ non exiſtentium. Hinc eſt qnod populus iſraeliticus licet deum diligeret ⁊ ſanctificatus fuiſſet a Moiſe quia tamen amorem viuacem ⁊ ardentem erga deum non habebat: non potuit cum Moiſe ad caliginoſum: ⁊ fumigantem montis apicem peruenire ſicut ſcribitur Exo. 19. Et propter defectum alicuius iſtarum condictionum rari ad hunc contemplationis verticem aſcendere valent.

Sed pro clariori notitia predictorum mouetur queſtio difficillima: que talis eſt: Queritur Utrum enima poſſit deum actualiter diligere ſine aliqua preuia cognitione intellectus vel ſenſus. Ratio queſtionis eſt quia Dioniſius iubet in iſta ſapientia derelinquere omnes ſenſus ⁊ omnes intellectuales operationes ⁊ ignote conſurgere ad amandum deum. Et videt quod non multis rationibus.

¶ 8 ſic Anima in deum per amorem ſe extendens vocatur deifica vel deificata quia conformatur trinitati vt dicit Dioniſius. 7. d diui: no. Sed i trinitate primo eſt pater qui eſt ſumma potentia. Scdo filius qui eſt ſumma notitia. Tertio ſpiritus ſanctus qui eſt ſummus amor. ergo ſi anima per amorem aſſimilatur trinitati in ea p erit notitia q amor. Alias eſſet diſſimilis.

¶ 2. ſic Eccleſia militans ymitatur eccleſiam triumphantem. ergo anima volens ad diuinum amorem per contemplationem conſurgere debet imitari ſupremam hierarchiam angelorum contemplantium & amantium. Sed in illa p ſunt troni. 2. cherubin. 3. ſeraphin: ergo anima que vult aſcendere p debet eſſe quieta ſicut tronus. 2. illuminata ſicut cherubin. 3. inflammata ſicut ſeraphin: ergo ante amorem precedit cognitio & illuminatio.

¶ 3. anima in deum per amorem conſurgere volens ymitari debet beatas ſanctorū mētes. Sed ille pri⁹ vidēt diuinā bonitatem q amēt: ergo anima prius d bet intelligere & aliquomodo cognoſcere q amare.

¶ 4. anima in operando mouetur ſecundum ordinem ſuarum virium & potentiarum per quas operatur. Sed in anima p eſt memoria. 2. intellectus. 3. voluntas. ergo operatio intellectus que eſt cognitio naturaliter precedit actum voluntatis qui eſt amor ergo &c̄.

¶ 5. Senſus noſter prius apprehendit aliquid anteq appetat illud. ergo vis rationalis noſtra prius aliquid aprehēdit anteq voluntas amet. ergo. Confirmatur quia dicit Auguſtinus. Inuiſa diligere poſſumus incognita nequaq ergo anima nihil poteſt diligere niſi prius cognoſcat illud. Itez dicit ps. In meditatione mea exardeſcet ignis: ergo anteq anima in dilecti amore inardeſcat debet de dilecto premeditari & cogitare Et ſic cognitio aliqua precedit amorem.

Pro ſolutione iſtarum rationū

ſecundum noſtrum ſeraphicum Bonauenturam facio aliqua preſuppoſita.

¶ p^m eſt Quod Iſta ſapientia ſiue miſtica theologia ſupponit in homine fidei cognitionem & caritatis fundamentum: vnde dicitur ſapientia chriſtianorum ſolum quia nullus naturalis phs ad eius inueſtigationem naturali ingenio pertingere poteſt.

¶ 2. In anima noſtra duplex eſt modus aprehendendi deum ſecundum duplicem potentiam: primus eſt per potentiam intelligendi que dicitur intellectus 2. eſt per potentiam amandi que dicitur voluntas: vnde per intellectuz aprehendimus veritatem & per voluntatem attingimus dei bonitatem. Et ſecundum hoc duplex eſt via excellentie. vna in intellectu que dicitur contemplatio: Alia in affectu que dicitur ardor amoris: & prima ſignificatur per Rachel pulcram: ſcda per Mariam magdalenam ardentem.

¶ 3. Duplex eſt contemplatio. quedam aſcendens ab inferioribus ad ſuperiora: quedam deſcendens a ſuperioribus ad inferiora: & ſunt duo prima genera cognitionum predictarum ſecundum Ricardum & auguſtinum.

¶ 4. Duplex eſt modus attingendi ad amorem dei ardentem: Unus ſcolaſticus qui eſt per modum inquiſitionis

⁊ eleuationis aſcendendo ab inferioribus vſq͡ʒ ad ſummum principium. Alius miſticus ⁊ ſecretus: qn̄ anima oīa ſenſibilia ⁊ intelligibilia derelinquens a ſummo incipiens vnitur ipſi deo per flammigerum ⁊ ardentiſſimum amorem.

¶ 5. In iſta miſtica theologia aliter ſe habent proficientes aliter perfecti: quia pfecti omni cogitatione dimiſſa ad vnionem dei dilecti per ardentiſſimum amorem conſurgunt ſecundum q͛ hic Dioniſius docet. Sed proficientes poſtq͡ʒ ſunt a vicijs per humilitatem ⁊ contritionem purgati ⁊ per ſtudium orationis illūinati pvia meditatiōe vl' cogitatiōe paulatim ī dī amore igniunt̄. Iſtis preſuppoſitis facilis eſt ad argumenta reſponſio. ¶ Ad p^m argumentum reſpondetur ſic: dicendum q͛ illud eſt verum: quo ad viam ſcolaſticam ⁊ communem ⁊ quo ad proficientes. Non autem quo ad viam miſticam dioniſij ⁊ quo ad perfectos.

¶ Ad. 2. dico qd̄ via ſcolaſtica aſcendendo precedit cognitio ipſum amorem ſicut cherubin precedunt ſeraphin. Sed deſcendēdo eſt ecōuerſo qr Seraphin precedunt cherubin:

¶ Ad. 3. dico qd̄ in beatis intellectio ⁊ cognitio precedit amorem: quia in eorum intellectu non cadit aliquod impedimētum: quia vident deum ſicuti eſt. Sed intellectus viatoris etiam ſi deſuper illuminetur deum modo finito ⁊ limitato aprehendit qui tamen immenſus eſt ⁊ illimitatus. Et ideo omnis noſtra cogitatio ſiue intellectio ſemper eſt immūda ⁊ impura. Et ideo Dioniſius iubet in miſtica conſurrectione ad deum omnem cognitionem excludi: quia ⁊ ſi deus ſit totus deſiderabilis non tamen totus eſt comprehenſibilis.

¶ Ad. 4. dico qd̄ verum eſt ſecundum modum communem ⁊ ſcolaſticum aſcendendo: non autem miſtice deſcendendo ſecundum modum miſticum ⁊ ſecretum.

¶ Ad. 5. dico per eandem reſponſioneʒ.

¶ Ad auc̄teʒ Auguſtini dico q͛ iſta myſtica theologia preſuponit cognitionem fidei ⁊ ipſius dei: licet in actu conſurrectionis non actualiter conſideret. Uel intelligitur ſecundum viam cōmunem ⁊ ſcolaſticam aſcendendo. non ſecundū miſticam deſcendendo.

¶ Ad illud pſalmi In meditatione mea exardeſcet ignis: intelligitur in proficientibus: qui prius habent neceſſe de deo meditari anteq͡ʒ amore inardeſcāt: non autem de perfectis in dei amore ardentiſſimo habituatis. Et ſic patet reſponſio ad omnia obiecta.

Quod autem In iſta miſtica theologia ⁊ chriſtianorum ſapientia amor cognitionem precedat probatur efficaciſſime ſic.

¶ P̄ primum quod occurrit anime noſtre tranſcendenti omnes creaturas ⁊ aſcendenti ad deum eſt perſona ſpiritus ſancti qui eſt nobis propinquior q͡ʒ filius aut pater: cum pater ſit in p̄ ſigno quaſi a longe: filius in ſecundo quaſi a prope ⁊ ſpiritus ſanctus in tertio quaſi vicinior nobis ⁊ propinquior. Cum ergo amor ſit ipſe ſpiritus ſanctus. Et notitia ſit ipſe filius: prius poteſt anima a ſpiritu ſancto prius occurrente per amorem inflammari q͡ʒ a filio poſterius occurrente notitia illuminari. ergo poteſt eſſe amor ante cognitionem.

¶2. Anima in eccleſia militanti recipiens ſuas perfectiones a deo immitatur eccleſiam triumphantem. Sed ordo ſeraphin qui interpretantur ardentes vel amantes prius recipiunt: ⁊ habundantius ſuam perfectionem a deo ꝗ cherubin qui dicuntur plenitudo ſcientie: ergo anima i iſta miſtica theologia poteſt prius recipere perfectionem ſue voluntatis ſcilicet amorem ꝗ perfectionem ſui intellectus ſcilicet notitiam ergo poteſt eſſe amor ſine cognitione.

¶3. Anima rationalis poteſt pº recipere a deo influentiam in illa potentia que eſt deo propinquior ꝗ in illa que eſt illi remotior: Sed affectus ſiue voluntas per amorem diſpoſita eſt deo ꝓpinquior ꝗ intellectus: quod patet: qꝛ eſt ſupremum in ipſa anima ergo propinquius ſpiritui increato ꝗ intellectus. Ergo prius poteſt in ſua voluntate dei amorem recipere: ꝗ in ſuo intellectu dei cognitionem ergo pt eſſe amor ſine cognitione.

¶ Preterea Dioniſius in .7. de diuinis nominibus vocat iſtam ſapientiam Irrationabilem amentem ⁊ ſtultam. ergo Iſta ſapientia non dirigitur preuia ratione vel mente vel cogitatione: ergo ipſa prius eſt in voluntate per amorem ꝗ in intellectu per cognitionem: ergo amor pt eſſe in voluntate ſine cognitione in intellectu.

¶ Preterea dicit ps. Guſtate ⁊ videte ꝗ ſuauis eſt dñs. ergo prius eſt guſtus voluntatis ꝗ viſio intellectus. Et ita prius amor ꝗ cognitio. Unde ſm Bonauenturam. Hec eſt regula generalis in miſtica theologia qꝺ prius oportet habere praticam ꝗ theoricam. Uidelicet vſum exercitij in corde ꝗ ipſius rei vel eorum que dicuntur haberẽ notitiam: ergo prius poteſt eſſe amoris guſtus ꝗ viſionis vel cognitionis intuitus.

¶ Exẽplũ Uidemus ꝗ in põtis fabricatione a principio ſupponuntur ligna ad ipſum ſuſtentandum quia adhuc debilis eſt. Sed ſolidata muri ſtructura ligna cuncta ſubmouentur ⁊ abiciuntur: quia pons per ſe ſtare poteſt. Et illa magis eſſent nociua ꝗ proficua. Hoc modo in ſpirituali fabrica amoris diuini in principio quando adhuc eſt debilis ⁊ tener. ſupponuntur ligna meditationis cogitando de deo ⁊ eius beneficijs: ⁊ iſta ligna ſuſtentant pontẽ amoris diuini qui paulatine augmentatur ⁊ ſolidatur. Et de hoc intelligitur illud pſalmi. In meditatione mea exardeſcet ignis. ¶ Sed poſtꝗ amor dei eſt in corde ſolidatus radicatꝰ ⁊ firmatus. per continuos actus amoris in deum. Tunc voluntas abijcit ligna meditationis. cognitionis ⁊ ꝓbijcit omne ſenſibile ⁊ intelligibile. Et totis viribus amoris incendio deo dilecto vnitur ⁊ in ipſum transformatur. poſt quam vnionem relinquitur in Intellectu cognitio diuiniſſima: ⁊ magis clara ꝗ illa que modo ſcolaſtico eſt aquiſita. Et ideo ad hanc miſticaꝫ ⁊ amoroſam ſapientiam ⁊ ad ſequentem illuminationem nos inuitat propheta dicens in pſalmo Accedite ad eũ ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtre non confundentur. Et chriſtus apoſtolis dicit Io. primo Uenite ⁊ videte vbi aperte monſtratur ꝙ in iſta ſapientia perfecta prius eſt accedere ad deum per amorem. ꝗ illuminari per intelligentiam. Et ſic patet propoſitum noſtrum.

Oportet autē in ipſa ⁊ omnes exiſtentium ponere ⁊ affirmare poſitiões ſicut omniū cauſa. Et omnes ipſas magis proprie negare ſicut ſuper oīa exiſtente. Et nō negatiões oppoſitas opinari eſſe affirmationibus: Sed multo plus ipſam ſuper priuationes eē: que eſt ſuper omnem ablationem ⁊ poſitionem. Ita igitur diuinus Bartholomeus dicit. Et multam theologiam eſſe ⁊ minimam: Et euangelium latum ⁊ magnum ⁊ rurſus conciſuꝫ: vt mihi videt̄ illō ſupnālïter ītendēs: q: ⁊ multorū ſermonū eſt bona oīuꝫ cauſa et breuiū dictionū: ſimul et ſine ſermone: ſicut neqꝫ ſermonem habens neqꝫ intellectum: pp hoc ꝙ oibus ipſa ſupſubſtantialiter eſt ſuppoſita. Et ſolum non velate et vere apparet his qui im munda et munda trāſeunt: Et omnem omnium ſanctarum extremitatū aſcēſum ſupueniūt: Et oia diuina lumina et ſonos et ſermones celeſtes derelinquūt: Et ad caliginē introeūt vbi vere eſt ſicut eloquia dicūt qui eſt ſuper omnia.

Circa Iſtum textum quattuor ordinate ſunt videnda.

Primo quero qua de cauſa Dioniſius interponit in textu iſtam clauſulam que incipit: Oportet autem in ipſa ⁊c̄ cuꝫ videatur impertinens nec ad propoſitum. Reſpondeo quia immediate ſupra reprehenderat ydolatras figurantes deū ex terra ⁊ lapidibus cum figuris ⁊ lineamentis corporalibus: quaſi in deo eſſent lineamenta: aut figure paſſioneſqꝫ alie corporales formaliter: Ideo ne oio videret̄ negare entia ⁊ entiū paſſiões in deo eſſe: ⁊ de deo predicari: diſtinguit quomodo ſint ī deo ⁊ quomodo de deo predicentur dicens. ¶ p̄. Nullum ens creatum poſitiuuꝫ eſt formaliter in deo ſicut ponebant ydolatre lineas ⁊ ymagines corporales in ipſo.

¶ 2. Omne ens poſitiuum creatum eſt virtualiter ſiue cauſaliter in deo tamꝙ̄ in ſua cauſa. ¶ 3. Nullum ens poſituū creatum predicatur formaliter de deo. ¶ 4. Omne ens poſitiuum creatum p̄dicatur cauſatiue de ipſo deo: vnde. Hec eſt falſa Deus eſt lapis formaliter loquendo. Tamen hec eſt vera Deꝰ eſt lapificus ideſt lapidis factiuꝰ ⁊ cauſatiuus. ¶ 5. Omne ens poſitiuuꝫ creatum ab ipſo deo negandum eſt: q: Deus non eſt lapis: nec lignuꝫ nec terra ⁊c̄.

Secundo Conſtruo litteras ſic. Enim. i. certe (oportet in ipſa) videlicet cauſa ſuperpoſita omnibus: (ponere ⁊ affirmare) i. predicare. (Omnes poſitiones exiſtētium). i. omnes perfectiones vel conditiones poſitiuas et reales rerum creatarum actualiter exiſtentium. (Sicut omnium cauſa). i. cauſatiue vel produ-

ctiue non formaliter (Et omnes ipſas)
ſcilicet poſitiones (magis proprie nega
re) ſcilicet Oportet. (Sicut ſuper om
nia exiſtente) idest tan̄q̄ ab exñte ſuper
omnia entia (Et non) ſupple oportet (o
pinari negationes eſſe oppoſitas affir⸗
mationibus ſed) ſupple oportet opina
ri (Ipſam) videlicet cauſam (Multo
plus ſuper priuationes eſſe.) (Que eſt
ſuper omnem ablationem) ideſt nega⸗
tionem. (Et poſitionem) ideſt affirma
tionem (Igitur ita) ideſt hoc modo (Di
uinus Bartholomeus). ſ. apoſtolꝰ (di
cit.) vel in aliquo ſuo ſcripto vel in ſua
cōmuni predicatione cui fuit dioniſius
cōtemporaneus (theologiam eſſe mul⸗
tam ꝛ minimam Et euangelium latuꝫ
ꝛ magnum ꝛ rurſus conciſum) (Intē
dens illud ſupernaturaliter vt mihi vi
detur. quia bōa cauſa omniuꝫ) ſcilicet
deus (eſt ꝛ multorum ſermonuꝫ.) (Et
breuium dictionum) (Et ſimul) ideſt
ſimiliter (ſine ſermone.) (ſiue irratio⸗
nabilis) vt habet alia littera quod idē
eſt. (Neqꝫ habens ſermonem vel
vel rationē) qui ſcilicet eam explicet ſic
eſt ꝛ quid eſt (Neqꝫ intellectum) qui
ſcilicet eam intelligat ſicuti eſt (propter
hoc qđ ipſa superſubſtantialiter) ideſt
per ſuam ſubſtantiaꝫ que eſt ſuper om
nem ſubſtantiam (eſt ſuperpoſita om⸗
nibus) ſcilicet creatis entibus. (Et ſolū
apparet non velate) ideſt nude (ꝛ vere
his qui tranſeunt immunda) ideſt om
nia ſenſibilia: ymaginabilia ꝛ corpora⸗
lia que amore inordinato animam im⸗
mundam faciunt. (Et munda) ideſt ſpi
ritualia ꝛ intelligibilia: que non macu⸗
lant animam vt ſunt angeli immateri
ales (Et ſuperueniunt) ideſt veniunt ſu
pra (omnem aſcenſum) ideſt omne cul
men: omnem apicem (omnium ſancta⸗
rum extremitatum) ideſt omnium ſan
ctarum contemplationum ſpeculatiua
rum: Quando anima contemplaṫ vel
ydeas in mente diuina vel diuinas per
ſonas: tunc eſt in extremo ꝛ ſupremo a
pice contemplationis ſpeculatiue ꝛ ſan
cte. Sed adhuc ibi deus non videtur a
perte ſed oportet pertranſire illum api
cem. (Et) replica apparet vere his.
(Qui derelinquunt omnia diuina lumi⸗
na) ideſt diuinas illuminationes ꝛ in⸗
ſpirationēs. (Et ſonos celeſtes) ideſt ſpe
culationes ſacre pagine que eſt ſonus ꝛ
tuba celeſtis. (Et ſermones celeſtes) id
eſt reuelationes ſeu inſpirationes ange
licas. (Et introeunt ad caligineꝫ) (vbi)
ideſt in qua (vere eſt) deus ſcilicet (qui
eſt ſuper omnia) (ſicut dicunt eloquia)
ſcilicet ſacra ꝛ diuina. que deum eſſe ſu
per omnia: ꝛ vere ꝛ in ſe videri in apice
ſolum ꝛ caligine contemplationes affir
mant in hac vita.

Tertio declaro ſingula verba: (Oportet enim in ipſa
ꝛ omnium exiſtentium affirmare poſi
tiones.) ¶ Notandum ꝙ eſſentia diui
na cum ſit primum ens neceſſarium
ꝛ a ſe eſt origo ꝛ fundamentum ꝛ ra⸗
dix omnium entium poſſibilium ꝛ
habet poteſtatem producendi omnia
poſſibilia. Ex hoc intellectus diuinus
intelligens eam elicit ex illa quiditates
ſiue eſſe quidditatiuum omnium enti⸗
um poſſibilium Et dat illis eſſe intelli⸗
gibile ſiue ydeale ꝛ de hoc vide Sco. in
2. di. 2. q. 1. ¶ Poſt hoc diuina volūtas
propter ſuam bonitatem producit ad
eſſe ea que ſibi ſunt placita. Si ergo cō
ſideremus primam cauſam in q̄tum
eſt cauſa exemplaris efficiens ꝛ finalis
omnium creatorum: poſſumus omnia
de ipſa affirmare puta dicendo. Deus
eſt Angelus celuꝫ: ſtella: elementa: albe
do: nigredo: quia eſt productiuus ꝛ fi⸗

nitiuus talium: Et ideo dicit q̃ poſſu=
mus affirmare non ſimplr̃ ſed ſicut d̃
omnium cauſa omnium exiſtentiuꝫ po
ſitiones.
¶ Et quidem Plato in epiſtola ad dio=
niſiuꝫ dicit Quod error magnus eſt ⁊
contra diuinaꝫ naturã affirmare aliqd̃
creatum de deo.
¶ Antiqui platonici omnia abſo==
luta abſtracta vltima abſtractione de
deo affirmabant: quia talia nihil ha=
bent concretorum: nihil dico muta=
bilitatis nihil multiplicitatis nihil di=
uiſionis nihil compoſitionis vel an=
guſtie.
¶ Sed platonici poſteriores nullam
affirmationem abſolutam ipſi deo at
tribunt: ne de ipſo deo aliquid diſ=
finiant. Neue ipſi deo aliquid no=
ſtre nature cognatum adhibeant.
Sed multa de ipſo deo predicata=
relatiua predicant ⁊ affirmant. Nam
dicunt.
Deum ipſum eſſe principium inquan= 1
tum res producit ⁊ facit.
Deum ipſum eſſe mediũ inq̃tum res ip 2
ſas conſeruat.
Deum ipſum eſſe finem inq̃tum res ip 3
ſas perficit ⁊ complet
Deum ipſum eſſe Bonum inq̃tum ab 4
omnibus appetitur vt perfectiuuꝫ om
nium.
Deum ipſum eſſe Unum inq̃tuꝫ ad ip 5
ſum omnia noſtra referimus quaſi=
ibi vnita.
Deum ipſum eſſe Unum inquantum 6
dicimus ipſum non multiplicatum vel
non compoſitum.
¶ Dioniſius autem concedit omnium
poſitiones de deo affirmari: nedum re
latiuas ſed ⁊ abſolutas non ſimplici=
ter aut formaliter ſed ſm quid ⁊ virtu
aliter ſicut de omnium cauſa. (Et om=
nes ipſas de ipſo negare ſicut de ſuper
omnia exiſtente.) Hic notandum ſecun
do q̃ poſſumus ipſum deum conſide=
rare inq̃tum propter ſuam infinita==
tem omnibus creatis ſupereminet ⁊ eſt
ab omnibus ſegregatum. Et hoc mo=
do omnia de ipſo deo negamus tamq̃
de exiſtente ſuper omnia. Et ſic dicim⁹
qd̃ deus. Non eſt angelus neq̃ celum
neq̃ elementum. Et platonici circa de=
um magis negationes quam affirma=
tiones eligũt. Et propter hoc dicit. (Et
omnes ipſas magis ꝓprie negare.) (Et
non negationes opinari oppoſitas eſſe
affirmationib⁹) Notandum quod po
ſitiones creaturarum poſſunt de deo
affirmari poſſunt ⁊ verius negari nec
iſte poſitiones ⁊ negationes in deo ſibi
inuicem cõtradicunt. (Ita igitur diui
nus Bartholomeus dicit ⁊ mul==
tam: Theologiam eſſe ⁊ minimam)
Quamuis predicta videantur abſur
da incongrua ⁊ irrationabilia quod vi
delicet de ipſo deo poſſint omnia affir
mari ⁊ negari: probat tamen eſſe ve
ra auctoritate Bartholomei apoſtoli
qui dixit ſeu forte ſcripſit. Theolo=
giam eſſe magnam ⁊ non magnam
ſed minimam (Intendens) per hoc di=
ctum ſuum (illlud ſuper naturali=
ter) dicit ſupernaturaliter: quia aſcen
dere ad verticem perfecte caliginis=
naturalem virtutem excedit (quod
bona omnium cauſa ⁊ multorum=
eſt ſermonum ⁊ breuiuꝫ ſermonum
⁊ nullius eſt ſermonis) propter hoc
ſcilicet quia ſuper ſubſtantialiter: om
ni intelligibili: ⁊ omni intellectui==
eſt ſuperpoſita. (Sicut ne==
que ſermonem habens: neque in==
tellectum propter hoc quod omnibus
ipſa ſuper ſubſtantialiter eſt ſuper==
poſita.) Notandũ q̃ bona oium cauſa

propter ſuam ſupereminentem ſubſtãtiam: eſt poſita ſuper omnem ſubſtantiam corpoream: animalem: rationalem: ⁊ intellectualem ſiue angelicam Et iõ nullus intellectus eam intelligit ſicuti ẽ ⁊ quid eſt Et conſequenter nullus ſermo eam explicat ſicuti eſt ⁊ quid eſt Et ideo dicitur Neqꝫ hñs ſermonem ſiue rationem: neqꝫ intellectum: propter hoc ꝙ ipſa ſuperſubſtantialiter omnibus eſt ſuperpoſita. (Et ſolum non velate ⁊ vere apparet hiis qui imunda ⁊ mũda tranſeunt ⁊c. vſqꝫ derelinquunt.) Nõ ſolum neceſſe eſt hominem mundum eſſe: ſed ⁊ ſuper mundos eleuari ſi ad contemplationis caliginem deſiderat peruenire.

Circa iſtam Dionſij litteram quatuor ſingularia queruntur ordinate.

Primum eſt qua de cauſa negatiões magis ſint de ipſo deo vere ꝙ̃ affirmationes: quia dicit idem Dioniſius de celeſti hyerarchia.c.9. Negationes in diuinis ſunt vere: affirmationes vero incompacte: Cũ enim negatio non cognoſcatur niſi per affirmationem videtur ꝙ quicquid veritatis habeat negatio: per aliquam affirmationem habeat. Rñ. ſm diuerſos:

Rabi moiſes dicit ꝙ per negationes acceptam in genere magis appropinquamus ad cognitionem dei ſeparando ipſum ab alijs: vnde vtimur negationib⁹ loco differentiarum diuiſiuarum: cum poſitiuas hr̃e nõ poſſimus propter eius ſimplicitatem. Nam ſimplicia deſcribũtur negatione patet de puncto.

Alij dicunt ꝙ affirmando aliquid de deo prout dicit dioniſius cognoſcimus deum relatiue tantum ſcilicet inqꝫtum eſt cauſa illius affirmati de eo. Sed negando aliquid de deo cognoſcimus eũ abſolute: quia relinquimus ipſum in ſuo eſſe abſoluto: ⁊ non contrahimus ipſum ad aliquid aliud extra ſe. Cognitio autem alicuius abſoluta eſt nobilior ꝙ̃ cognitio relatiua ſaltem ad ignobilius.

Albertus magnus ſuper.8.c. celeſtis Hierarchie dicit Q̇ȯ affirmationes ḋ deo ſunt minus certe. Negationes vero ſunt magis certe Et ideo magis vere.

Hugo ſuper.9.c. celeſtis Hierarchie dicit: Q̇ȯ nos habemus ⁊ inuenimus quid dicamus Hoc non eſt deus. puta Lanis. Sed non habemus nec inuenimus quid dicamus. Hoc eſt deus Et ideo negationes ſunt magis vere.

Alij dicunt ꝙ affirmando aliquid de deo magis mentimur: quia eius infinitatem ad limites noſtre intelligentie artamus ⁊ ad aliquod finitum: cũ quicquid intellectus noſter itelligit: ſub modo finito intelligat: ergo negatiões ſunt magis vere: que ipſum deum infinitũ non limitant ad aliquod finitum ſed relinquunt in ſua infinitate.

Alij dicunt. Quod affirmando aliquid de deo attribuimus illi aliquod finitum vt dicendo Deus eſt lapis. Affirmamus de deo bonitatem finitam lapidis quam ipſe produxit. Sed negando. Deus non eſt lapis attribuimus ḋo omne ſeparatum a lapide Hoc autem eſt infinitum ergo negationes ſũt veriores.

Platonici dicunt: Q̇ȯ ipſum deũ magis proprie exprimimus per negationẽ vocando ipſum deum. Unum: quaſi Non multiplex: Non compoſitũ: Nõ circumſcriptum ꝙ̃ per aliquam affirmationem. Nam ſi affirmamus ipſum deum eſſe ens: iam comprehendimus ipſum definitum ſub forma eſſentie ⁊ primi intelligibilis Et pro ipſo

vno ſiue

vno ſiue deo reportamus primum intelligibile ſiue primum angelum: qui in eſſentia eſt definitus ⁊ limitatus.

¶ Si affirmauerimus deum eſſe ens mobile ⁊ per ſe mobile: iam habemus ens cum non ente permixtum. Et pro primo angelo reportamus intellectualem animam.

¶ Si affirmauerim⁹ deū eſſe ens mobile ab alio. iam habemus minimuꝫ quiddam entis cum plurimo non ente. Et ꝓ intellectuali anima reportam⁹ aliquod ens corporeum. ¶ Si autem ab ipſo negauerimus omne ens ⁊ omneꝫ motum ⁊ omnem mixturam. Puta dicendo. Deus non eſt ens. nō eſt mobile ens Hec negatio intelligitur Aut pro deteriore quolibet ente ſicut pro nihilo. aut pro ſuperiore quolibet ente ſicut pro hoc In propoſito autem accipitur non ens pro ſuperiori quolibet ente. Et ideo affirmando aliquid de deo ſemper ipſuꝫ aliquomodo limitamus vel cuꝫ imperfectione aliqua intelligimus Sed negādo ab eo oē ens creatum dicimus ipſum eſſe ſuperius ad omne tale. Et iō negationes ſunt magis vere ꝙ affirmationes. ¶ Et propter hoc dicit Dioniſius. Et magis proprie oportet poſitiones omnes denegare. ſicut de exiſtente ſuper omnia.

¶ Preterea dicunt platonici ꝙ Non ens dupliciter accipit̄: aut ſimpl'r pro ipſo nihilo: aut ſꝫ quid: ⁊ hoc dupl'r Aut n̄ ens h. ſ. hō lꝫ ſit aliq̄d aliō puta equ⁹. Et h modo equus non eſt ens. vꝫ homo Aut qō non eſt ens vna ratione licet ſit ens alia ratione. puta ens in potentia non ens in actu. Unde ipſi dicunt ⁊ appellant materiam primam Non ens. quia nihil ſit actu formali. Senſibilia omnia non ens quia propter fluxum: diuiſibilitatem: confuſionemqꝫ: vere non ſunt: Cogitationem ſiue conceptionem animi mobilem non ens. quia non ens perfectum. Multitudinem ydearum in intellectu primi angeli ſiue primi intelligibilis. non ens quia eſt origo ⁊ cauſa vt hoc non ſit iſtud. Et iſtud non ſit illud: Ipſuꝫ vero vnum ſiue bonum ſiue principium vniuerſi dicunt ⁊ appellant nō ens: quia ente ſuperius. Et hoc eſt ꝙ dicit dioniſius ꝙ oportet magis de ipſo negare omnia ſicut de exiſtente ſuper omnia. Nam deus non eſt hoc ens vel illud quia eſt omni ente ſupius.

Secundum eſt quomodo oppoſita poſſint de deo verificari cum videatur eſſe contra primū principium methaphiſicum. Rn̄. Qō deus eſt ſuperius omni intellectu creato: omni ratione: ⁊ omni ſermone: ⁊ per conſequens eſt ſuperius omni negatione ⁊ affirmatione que fiunt per rationem ⁊ ſermonem. Et ſi eſt prius negatione ⁊ affirmatione non eſt neceſſe alterum iſtorum eſſe in ipſo vel dici de ipſo. Et hoc eſt qō dicit Dioniſius Quod ipſa vniuerſi cauſa ē ſuper omnes priuationes ⁊ negatiōes.

¶ Preterea In omni ente creato ſuuꝫ non eſſe eſt ante eius eſſe. Sed non ſic eſt in ente icreato. Nam ens increatum precedit omne non eſſe ⁊ ſimpliciter nō eſſe Et omne eſſe ⁊ ſimpliciter eſſe Et ſic eſſe entis increati eternitate precedit ſuū nō eſſe. ⁊ nō eſſe creature: ⁊ eē creature. cū ḡ ſit prius ꝙ eſſe entis creati ⁊ ꝙ nō eē entis creati patit̄ vtrūqꝫ vꝫ ⁊ affirmationē ⁊ negationē entis creati cū ſit ſuperi⁹ omni affirmatiōe ⁊ omni negatiōe entis creati. Et ideo non ſunt oppoſita circa ipſum.

¶ Preterea ſicut oppoſita ⁊ contraria naturalia non ſunt oppoſita in intellectu qui ſuperior: ⁊ ſpiritualior exiſtit:

C

quia cognitiones contrariorũ nõ ſunt contrarie in intellectu: pari modo contraria in creatura τ oppoſita: non ſunt oppoſita in deo: qui longe plus excedit ens creatum ꝙ̃ intellectus noſter ens corporeum. Et ſicut de ente quod eſt ſuperius ad ſbaꝫ τ accidẽs dicim⁹ ꝙ ens ẽ ſubſtantia τ ens non eſt ſubã Jta de deo qui eſt ſuperius omni creato dicimus ꝙ deus eſt lapis. Et deus non eſt lapis.

¶ Propterea ſicut bonitas τ malicia: vicium τ virtus in nobis ſunt contraria τ oppoſita: non tamen in intellectu diuino: quia intellectio bonitatis bona eſt τ intellectio malicie etiaꝫ bona eſt. Jta oppoſita in creaturis in deo non opponuntur.

¶ Propterea quecunqꝫ affirmantur: τ negãtur de deo alia ratione affirmantur τ alia negantur: Cum enim dicimus deus eſt lapis intelligimus cauſatiue: cum dicimus deus non eſt lapis intelligimus formaliter τ ſic non ſunt omnimode oppoſita: quare poſſum⁹ τ omnia negare τ omnia affirmare.

¶ Propter hoc plato in parmenide omnia contraria de deo affirmat dicens ẽum ſimilem τ diſſimilem: equalem τ inequalem: maiorem τ minorem Jdeꝫ τ non idem quia non ſunt reſpectu eiuſdem ſed diuerſorum. Et hec omnia affirmamus τ negamus quia ipſe eſt ſuperius omni negatione τ affirmatione τ ſic patet quõ omnia de deo affirmantur τ negantur ſine repugnantia.

Tertium

Eſt quomodo bona omnium cauſa ẽ paucorum: τ multorum ſermonum: Reſpondeo ꝙ bona omnium cauſa.

¶ p̃ eſt multorum ſermonum τ theologia de ipſo eſt multorum ſermonum quando omnia de ipſo affirmamus: τ omnia negamus quamuis alia: τ alia ratione. Et hoc modo etiam eſt euangelium latum idest bona de ipſo deo annunciatio lata affirmatiue τ negatiue.

¶ 2. eſt paucorum τ breuium ſermonũ: quando omnia creata ad ipſum deum referimus τ reducimus tanꝙ̃ ad principium creanſ: ad mediuꝫ conſeruãs τ ad finem perficientem. Uel ad ipſum referimus tanꝙ̃ ad cauſam exemplarem efficientem τ finalem. Et hoc modo eſt euangelium conciſum τ paruum.

¶ 3. eſt nullius ſermonis quando anima noſtra nec res ð deo affirmat nec negat Nec res ad ipſum deum comparat nec ad ſe inuicem. Sed inuerticem caligi nis euecta per amorem feruidum ipſi deo vnitur in ſilentio oculte docente.

¶ Propterea bona omnium cauſa poteſt dici multorum ſermonum propter affirmationem τ negationem oium: paucorum vero quia vnico nomine poſitiuo tota eius perfectio poteſt exprimi puta per nomen bonitatis. Et ſimiliter vnico nomine priuatiuo: puta per nomen infinitatis vel incomprehenſibilitatis. Jtem nullius eſt ſermonis quia nullus eſt ſermo qui eam explicare queat.

Quartum

eſt que ſint τ quot a nobis tranſeunda vt ad contemplationis apicem perueniamus Reſpondeo ꝙ in hac littera diuinus Dionſius docet ſex que ſunt ommittenda: τ tranſeunda antequam perueniatur ad dei vnionem in caligine.

¶ p̃ tranſire debemus immunda videlicet ſenſibilia: ymaginabilia: corporalia: ymaginationes τ effectus omnium iſtorum inordinatos qui immundam animam faciunt.

¶ 2. tranſire debemus munda videlicet

formas rerum inſeparabiles a mate-
ria vt ſunt quiditates rerum naturaliũ ꝛ
phiſicalium. Formas ſeparabiles id eſt
animas. Formas ſeparatas id eſt an-
gelos ſiue intelligentiãs que animas nõ
maculant nec immundam faciunt.
¶3. tranſire debemus omnem extremi
tatem ſanctarum ſpeculationum. Spe
culatio ꝛ contemplatio eſt ſancta ꝛ ſum
ma quando contemplamur diuinas ꝑ
ſonas quia tunc mẽs noſtra non poteſt
altius aſcendere. Et hec contemplatio ẽ
ſancta ꝛ bona.
¶4. tranſire debemus ꝛ derelinquere
omnia diuina lumina id eſt omnes in-
ſpirationes: ꝛ illuſtrationes diuinas:
que incitant intellectum ad actualez con
ſiderationem.
¶5. Sonos celeſtes id eſt Angelicas illu
minationes ſeu reuellationes: vel inſpi
rationes: vel ſecundum alios debemus
tranſire diuina lumina id eſt angelos: ꝛ
animas que lucis ꝛ luminis nomine d
ſignantur. Et ſonos id eſt actiones ac
vires animarum ꝛ angelorum: que vo
cum nomine deſignantur. Cum ipſi an
geli ſepe purgatis hominibus ſub for-
ma luminis vel vocis appareant.
¶6. Sermones celeſtes id eſt Specula
tiones ſacre pagine: que recte ſermo ce
leſtis nominatur: quia ſpiritu ſancto in
ſpirati locuti ſunt ſancti dei homines.
Poſt hec omnia intramus ad caliginez
contemplationis ſumme: in qua vere ꝛ
aperte eſt ꝛ videtur deus: qui eſt ſuper
omnia predicta prout dicunt ꝛ teſtan-
tur eloquia ſacra. Et ſic patet littera ſi
gillatim.

Quarto Ex iſto textu dioniſij elicio concluſiones q̃t tuor.

¶p^a Quia ſecundum platonicos ꝛ the
ologos deus dicitur bonum ſiue ipſuz
bonum: qui cupit ad perfectam ipſius
vnionem peruenire: debet relinquere
omnia mala ꝛ immunda cum ſint ei op
poſita: quia nulla eſt conuentio tenebra
rum ad lucem nec mali ad bonum.
Nec participatio iuſtitie cuz iniquitate
2. Cor. 6. *Nota*
¶2. Quia deus eſt bonum ſummum: *pulchre*
ideo cupiens ad ipſum pertingere de-
bet omnia infima derelinquere ꝛ om-
nia creata que reſpectu dei ſunt infima
paruipendere. Et ea que ſurſuz ſunt ſa
pere non que ſuper terram licet ſint
munda. Ad Collo. 3. Si conſurrexiſtis
cum chriſto: que ſurſum ſunt querite:
non que ſuper terram.
¶3. Quia deus eſt vnum: qui ad ipſum
pertingere deſiderat derelinquere de-
bet multitudinem ſcilicet actionum: ꝛ
creatorum quia vnum eſt neceſ: ꝛ ne-
mo poteſt duobus dominis ſeruire ſci
licet deo qui vnus eſt: ꝛ mundo qui
multiplex eſt: Unde ꝛ deus laudauit
Mariam ab operibus vacantem ꝛ cla
mauit contra Martham circa multa
occupatam dicens Luc. 10. Martha
martha ſolicita es ꝛ turbaris erga plu
rima: porro vnum eſt neceſ.
¶4. Quia deus eſt principium vniuer-
ſi ꝛ ſuper omnem intellectum ꝛ cogni-
tionem qui ei perfecte vniri deſiderat
derelinquere debet intellectum ꝛ om-
nem cognitionem. Et per vnionem pre
ſtantiorem ꝛ ſuperiorem intellectu id-
eſt per virtutem affectiuam: que eſt vni
tiua: ꝛ transformatiua in amatum ꝛ
in ipſum totaliter transformari. Ex
quibus claret quod tota iſta miſti-
ca theologia verſatur circa feruentiſſi
mum amorem circa deum: qui vnit a *Amoris vis*
mantem cum ipſo deo amato. Quod *admiranda*
nullus intellectus nec vlla cognitio per
ficere valet.

AT enim non ſimpliciter diuinus Moyſes mundari ipſe prius precipitur: Et rurſus a non talibus ſegregari Et poſt omnem mundationem audit multarum vocum bucinas. Et videt lumina multa cū fulgore emittentia mundos ⁊ multum effuſos radios: Poſtea a multis ſegregatur ⁊ cū electis ſacerdotibus ad ſummitatem diuinarum aſcenſionum pertingit. Quamuis per hec quidem non ſit cum deo: Sed contemplatur non ipſum: (inuiſibilis eſt enim) ſed locum vbi eſt. (Hoc autem puto ſignificare diuiniſſima viſorum ⁊ intellectorum eſſe ſubiectas quaſdam rationes ſubiectorū omnia excedenti: Per que preſentia eius que eſt ſuper omnē cogitationem monſtratur itelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum locorum eius ſuperueniēs.) Tunc ⁊ ab ipſis abſoluitur viſis ⁊ videntibus: Et ad caliginem ignorantie intrat: que caligo vere eſt miſtica In qua claudit omnes cognitiuas ſuſceptiones, Et impalpabili omnino ⁊ inuiſibili fit omnis exiſtens eius: qui eſt ſuper omnia: Et nullius: neq; ſui ipſius: neq; alterius: omnino autem ignoto: vacatione omnis cognitionis ſecundum melius vnitus: Et eo q̄ nihil cognoſcit ſuper mentē cognoſcens.

¶ Circa iſtum textum dioniſii ſingulatim ſex videbimus ordinate. ¶ p̊ quot gradibus ad caliginem aſcendit diuinus Moyſes. ¶ 2. litteram que difficilis eſt conſtruemus. ¶ 3. ſingula verba declarabimus. ¶ 4. ad quid ⁊ propter quid aſcendere debeamus inueſtigabimus. ¶ 5. diuerſos aſcendendi gradus diſtinguemus. ¶ 6. Singulares concluſiones elicieмus.

Primo ergo q̄ro q̄t gradib⁹ ad caliginem contemplationis diuinus Moyſes aſcendit ⁊ nos ſimiliter aſcēdere debeamus. Et dico q̄ ſeptem gradibus prout dicitur in littera. ¶ p̊ Mundatur ipſe Moiſes ſcilicet ab immūdo ⁊ inordinato amore rerum ſenſibilium: ¶ 2. Separatur a nō mundis: non conſentiendo malis ⁊ peccatis aliorum. ¶ 3. Audit multarū vocum bucinas: quia ydoneus factus intelligit ſacre pagine eloquia reſonantia. ¶ 4. Uidet lumia emittētia radios: q2 intelligit ſcripture ſententias illuminatiuas. ¶ 5. Segregatur a multis ⁊ cū electis ſacerdotibus aſcendit ad ſummitatē ſenſum v3 ſcripture anagogicū. ¶ 6. Abſoluitur a viſis ⁊ videntibus ideſt a predictis tubis: luminibus ⁊ ſacerdotibus. ¶ 7. Intrat ad caliginem ⁊ vnitur ipſi deo ⁊ fit totus diuinus ⁊ deificus. Hec omnia patent in littera.

¶ Et ratio huius ſeptemnarii eſt quia dies ſeptima correſpondet ⁊ appropria

tur quieti contemplationis. Sex vero dies labori actionis. ¶ Hinc eſt quod dominus ſex diebus operatus eſt in cõſtructione mundi: ſeptima vero die quieuit ab omni opere quod patrauerat Gen.i. ¶ Et Jacob ſeptem annis ſeruiuit pro habenda Rachele: ⁊ videbantur dies pauci pre amoris magnitudine prout ſcribitur Gen.29. ¶ Et ſeruus Hebreus ſex annis ſeruiebat vt in ſeptimo liber abſcederet Exo. 21. quia in ſex gradibus exercetur dei ſeruus in vita actiua vt peruenire mereatur ad quietem ⁊ libertatem vite contemplatiue.

¶ Propterea Ezech.40. vidit propheta portam que reſpiciebat ad auſtrum ⁊ in ſeptem gradibus aſcendebatur ad ipſam. Hec porta eſt contemplatio que ad auſtrum reſpicere dicitur propter calorem ⁊ illuminationem que ſunt in contemplatione ſicut in auſtro ⁊ meridie. Et in ſeptem gradibus aſcenditur ad ipſam.

¶ Unde ⁊ Moiſes cum aſcendiſſet in montem. nubes ſex diebus operuit montem ⁊ die ſeptimo dominus vocauit eum Exo.24. Ad innuendum ꝙ ad caliginem contemplationis non intratur niſi in ſeptimo gradu. Et propter hoc ſi ad illam aſcendere quis deſiderat. Strenue ⁊ vigilanter ſtudeat ſe ipſum mundare: ⁊ ſeparare ab inmundis: audire bucinas ſacre pagine. Et videre eius micantia fulgura ideſt miſticas: ⁊ illuminatiuas ſententias. Et aſcendere cum viris eminentibus ad ſenſus anagogici altitudinem; Et poſt hec omnia derelinquere ſenſus: ⁊ ſenſibilia: ⁊ per amorem ardentiſſimum in caliginem ignorantie introire: in qua vere: ⁊ nude videtur deus benedictus.

Secundo Conſtruo litteram hoc modo. (Et enim diuinus Moiſes: non ſimpl'r) ideſt non ſolum (ipſe prius) ſcilicet ꝙ intret caliginem (precipitur mundari) i. purificari. ⁊ purgari (Et rurſus ſegregari a non talibus). ſ. purificatis. (Et poſt omnem mundationem audit bucinas multarum vocum.) (Et videt lumina multa emittentia radios mundos: ⁊ multum effuſos cum fulgore) ideſt cum ſplendore fulgureo vel admodum fulguris coruſcantis. (Poſtea ſegregatur a multis ⁊ pertingit ad ſummitatem diuinarum aſcenſionum) ideſt gradum aſcenſionis in ipſum mõtem: (cum electis ſacerdotibus. Quamuis quidem per hec) ſcilicet predicta omnia. (Non fit cum deo) ſcilicet adhuc (Sed contemplatur: non ipſum: enim) pro quia (inuiſibilis eſt.) (Sed locum vbi eſt) ideſt locū caliginis in qua eſt deus. ¶ Hic auctor declarat quid ſignificent predicta vȝ bucine: lūina: ſummitas aſcenſionum. et locus dei: ⁊ ſic ordini aſcenſionis declarationem interponit dicens. (aut ē puto) ſupple ego (diuiniſſima viſorum ⁊ intellectorum) id eſt viſa ⁊ intellecta predicta que ſunt diuiniſſima (ſignificare hoc:) videlicet Ipſa (eſſe quaſdam ſubiectas) ideſt ſuppoſitas (rationes ſubiectorum excedenti omnia) ideſt creaturarum que ſunt ſubiecte deo excedenti omnia: (per que) ſcilicet diuiniſſima loca (preſentia eius) ſcilicet dei (que eſt ſuper omnem cogitationem: monſtratur ſuperueniens) ideſt ſupereminens: vel ſuperuenire aut ſupereminere (intelligibilibus ſūmitatibus ſanctiſſimorum locorum eius) ideſt excellentiſſimarū creaturaꝝ Et tunc) .i. poſtꝙ aſcendit ad ſūmitatē cū electis ſacerdotibus: (abſoluitur). i.

ſeparatur(τ)ideſt etiam(ab ipſis viſis) ſcilicet bucinis luminibus τ loco(τ a videntibus)ſcilicet ſacerdotibus(Et intrat ad caliginem ignorantie)ſcilicet in monte(Que caligo vere eſt miſtica).i. obſcura:clauſa:conſtricta:quia manifeſtat ſecretiſſimũ deum ſecretiſſime:In illa enim videtur deus non velate(In qua claudit omnes ſuſceptiones cognitiuas)ſcilicet predictas:quia fit in actuali ignorantia omnium.(Et exiſtens in omnino impalpabili τ inuiſibili)ideſt in ipſo deo qui eſt impalpabilis τ inuiſibilis(fit omnis)ideſt totus(eius que ẽ ſuper omnia)ideſt fit totus dei:qui eſt ſuper omnia Nam tunc homo fit tot⁹ deificus per vnionem τ transformationem amoroſam.(Et vnitus nullius).i. nulli creature vnit⁹:(Neqꝫ sui ip̄⁹ neqꝫ alteri⁹). ſ.vnit⁹ amori.(Autem)pro ſꝫ dico vnitus(omnino ignoto)ideſt deo incognito(vacatione omnis cognitionis) ideſt ꝑ priuationẽ omnis cognitionis.(Scd̄m melius)ſcilicet vnitus qꝛ deo vnitur non per aliquam cognitionẽꝫ intellectualem:ſed per vnitiuum affectuꝫ ſiue amorem qui eſt melior q̄ cognitio.Et per vnitionem que eſt ſupra mẽtem.(Et eo ꝙ nihil cognoſcit)ſcilicet actualiter in illa caligine:(fit cognoſcens ſupra mentem)ideſt ſupra intellectum: qꝛ illa:poſt predictam vnionem intelligit:ad que intelligenda non poſſet intellectus naturaliter aſcendere.

Tertio declaro ſingula verba.(Et eniꝫ non ſimpliciter diuinus Moiſes mundari ipſe prius precipitur.)(Et rurſus a non talibus ſegregari.)In hac littera dionisius inſinuat modum perueniendi ad caliginẽꝫ contemplationis exemplo moiſi ſe purgantis τ aſcendentis in montem ad loquendum cum deo in caligine. Et iſte miſticus aſcẽſ⁹ pōt tripliciter ordinari.

Primo modo ſic per quinqꝫ ſcalares gradus.

¶ꝑ volens ad iſtam caliginem perueniri exemplo miſtico moiſi purgari debet ab affectibus inordinatis rerum tẽporalium.Et hoc pertinet ad ſenſus.

¶2.debet ſeparare ſe a non purgatis id eſt Non conſentire τ non cōicare aliorum operibus malis: nec in eis delectari.Et hoc pertinet ad ymaginationem.

¶3.ex his duobus iaꝫ ſufficienter diſpoſitus τ idoneus factus ad intelligendaꝫ ſacram paginam:audire debet euſdeꝫ ſcripture multiuocas tubas ſine bucinas ideſt dicta ſymbolica τ miſtica multipliciter ſignificatiua.

¶4.poſthec videre debet lumina multa coruſcantes radios emittentia:ideſt ſignificata ſpiritualia ipſius ſcripture: que varijs radijs aïas illuminant: τ vt clarius dicam:debet poſt tubaruꝫ multiuocarũ ſonum. ideſt poſt ſenſum litteralem τ hyſtoricum ſacre pagine per tubam ſignificatum:inuenire ſenſum allegoricum τ moralem: per lumina radios emittentia: ſignificatos. Et quia in his tribus ſenſibus cōicant:multi hō cupiens ad caliginem ꝑuenire.

¶5.debet ab hijs ſegregari τ cum electis ſacerdotibus ideſt cum contemplatiuis ad ſummitateꝫ ſenſus Anagogici aſcẽdere qui eſt ſummus τ altiſſimus ſcripture ſenſus:In quo ſenſu adhuc anima non videt deum ſed videt locum in quo eſt vel in quo ſtetit deus prout dicit alia littera.

¶Ubi aduertendũ ꝙ videre locũ dei: τ locus dei p̄t multipliciter intelligi.

¶Prius locus dei ẽ ſenſus hyſtoricus ſacre pagine. ¶2.ſenſus allegoricus ¶3.ſenſus moralis.¶4.eſt ſenſus a

nagogicus. ¶ Ho exemplūꝫ claruꝫ In die ſabbati deus quieuit ab omni opere quod fecerat Gen. 2. ſecūdū hyſtoriā In die ſabbati chꝛiſtꝰ quieuit ab oī coꝛruptiōe in ſepulchꝛo. Jo. 19. ſm allegoriā In die ſabbati. i. dominice aīa quieſcit ab omni opere ⁊ pctō Exo. 20. ſm moꝛalitatē In die ſabbati. i. quietiſ eteꝛne aīa quieſcet ab oī laboꝛe yſa. 32. ſm anagogiā Iſta ſunt loca īquibus ſtetit deus: ⁊ in quibus quieuit: ⁊ quieſcit ⁊ maxīe quieſcet in patria in aīabus nrīs p cōtinuam beatificationē. Qñ ergo ſpiritualis homo puenit ad omnes hos ſēſus diuine ſcripture adhuc nō videt dū nude: quia eius ſubſtantia eſt inuiſibilis Sed videt locum vel loca in quibus ſtetit deus. i. iſtos ſenſus ſpirituales inquibus deus occulte latuit. Uel in Anagogico ſenſu videt locum in quo ſtetit deus: quia in illo ſenſu videntur celeſtia: in quibus eſt locus ſtationis ipſius dei dicente ps Celum celi domino ⁊c. Et ſecundum iſtam expoſitionem ſenſus anagogicus: qui eſt altiſſimus ſenſus ſcripture: vocatur ſummitas aſcenſionum diuinarum ideſt ſanctaꝝ: vel aſcēſionū ad ipſuꝫ deum: vocatur etiā ſummitas intelligibilis: vocaꝛ ſanctiſſimuſ locus dei: quia inter ceteros ſcripture ſenſus eſt ſublimioꝛ: diuinioꝛ: altioꝛ ⁊ magis celeſtis ⁊ ſpiritualis: vocatur diuiniſſimus omniū a nobis intelligibilium ⁊ viſibiliuꝫ in ſacra pagina: quia eſt vltimus ſenſus ⁊ altiſſimus vt dictum eſt: Et in omnibus hijs locis nō videtur deus nude: quia in hijs oībus quatuoꝛ ſenſibus ſacre pagine deus occultaꝛ ſub ſimbolis ⁊ parabolis. Et ratio eſt qꝛ Hec quattuoꝛ loca dei: vꝫ hii quattuoꝛ ſcripture ſenſus. Hiſtoꝛicus: Allegoꝛicus Moꝛalis ⁊ etiaꝫ Anagogicus qui eſt diuiniſſimus: non ſunt ſermōes ipſius dei in ſe: ſed ſunt ſermones creaturarū ſubiectarum ipſi deo. Nec manifeſtant deum nude: ⁊ in ſe: ſed magis manifeſtant nobis deo ſuppoſita ideſt creata: ⁊ ideo dicuntur ſermones hypotetici ideſt ſuppoſitiui: quia ſunt ſermones creaturaruꝫ deo omnia excedēti ſuppoſitaruꝫ: Dicuntur etiam rōnes ſubiecte ⁊ ſubiectoꝛū: quia ſunt ſermones creaturaꝝ deo ſubiectaruꝫ. Et per iſta loca dei ſanctiſſima. i. per quattuoꝛ ſcripture ſenſus: ⁊ maxime p ſenſū anagogicum: pſentia dei que eſt ſuper omnem cogitationē: monſtratur ſuperueniens. i. manifeſtatur eſſe ſupeminens ⁊ ſuperioꝛ omnibus ſūmitatibus intelligibilibus ſanctiſſimoꝛū locoꝛum eius quia oſtenditur illa cognitio pꝛeſentialis dei in ſe eſſe ſupꝛa omnem ſenſuꝫ ſacre pagine etiam anagogicum.

¶ Et ſm iſtam expoſitionem ſic cōſtruitur illa littera. ¶ Hoc autem puto ſignificare Hoc quod dictum eſt qđ in ſummitate aſcenſionum non videtur deus ſed locus eius puto ſignificare: hoc. e. Diuiniſſima viſoꝛum ⁊ intellectoꝛuꝫ. i. ſenſus Anagogicos qui inter omnia viſibilia a nobis ⁊ intelligibilia ſunt diuiniſſimi eſſe quaſdā rōnes ſubiectas ſubiectoꝛum deo excedenti omnia ideſt creatoꝛum: per que loca pꝛeſentia eius: que eſt ſup oēm cogitationem: monſtratur ſupueniens. i. ſupeminens: ſūmitatibuſ intelligibilibus. i. altiſſimis intellectiōibus ſanctiſſimoꝛuꝫ locoꝛum eius ideſt ſenſuum Anagogicoꝛum qui ſunt dei loca ſanctiſſima.

¶ Pꝛepterea notandum qđ in Anagogia q̄ eſt ſummitas diuinaꝛum aſcenſionum: qꝛ eſt altiſſimus ſenſus diuīe ſcripture: videtur locus dei. ¶ Naꝫ in iſto ſenſu anagogico exiſtentes ſpeculamur infimas creaturas per ſenſum litteralē

⁊ hyſtoricum:in quibus eſt deus tanq̃ in veſtigiis minus formatis. Et ſpeculamur medias creaturas per ſenſum allegoricum ⁊ moralem: in quibus eſt deus tanq̃ in veſtigijs ſeu locis magis formatis. Et ſpeculamur creaturas ſummas per ſenſum anagogicum: in quibus eſt deus tanq̃ in veſtigijs ſeu locis formatiſſimis. Et ideo in ſummitate ſenſus anagogici videmus locum vbi eſt ⁊ ſtetit deus: quia in ipſo intelligimus ſumma ⁊ celeſtia vbi eſt locus habitationis dei: ⁊ ſue ſtationis ⁊ ſeſſionis.

Alio modo Ordinatur iſte miſticus aſcenſus moiſi in montem ſecundum alios hoc modo. ¶ Primum p agendū eſt purgatio ab affectibus ⁊ ymaginationibus rerum ſingularium ⁊ corporearū. ¶ 2. eſt ſeparatio ab occaſione talium ĩmundiciarū inordinati affectus. ¶ 3. eſt Audire vocum multarum tubas .i. conſiderare vires ⁊ actiones aīarum ⁊ angelorū. ¶ 4. eſt videre lumina corruſcantia .i. cōſiderare aīarū ⁊ angelorū eſſentias: ¶ 5. eſt aſcendere ad ſummitatē intelligibilem .i. peruenire ad cognitionē vel cōtēplationē primi intelligibilis ſcdm platonicos: vel primi angeli ſecundum chriſtianos. Et cum huc uſq; mens contemplantis aſcenderit: adhuc non contemplatur nude ipſum deum inuiſibilem: ſed contemplatur locum vbi eſt ideſt ipſum primum angelū: vel ipſos angelos qui ſunt locus vbi ſtat deus. Et nō ſolum ſunt locus vel loca dei ſed loca diuiniſſima. ¶ Nam tria loca habet ipſe deus. ¶ Primus locus dei ſunt corporalia: in quibus deus eſt per eſſentiam pñtiam ⁊ potentiam. ¶ 2. locus dei ſunt aīe corporibus coiuncte: in quibus deus habitat per gratiā. ¶ 3. locus dei ſunt ſubſtantie a corporibus ſepate videlicet intelligentie ⁊ angeli: in quibus deus habitat per gloriam ſiue gratiam conſumatam. Et ideo iſta loca vltima dicuntur diuiniſſima: quia deo maxime ſimilia per amorem glīe conſumatum transformantem amantes in amatum. Iſte ergo primus angelus vel primum intelligibile ſecundū platonicos: vocatur ſummitas diuinarum aſcenſionum idest aſcenſionum ad deum: vocatur ſummitas intelligibilis ſiue ſummum intelligibile: quia ipſe deus dicitur non intelligibilis: Vocatur locus diuiniſſimus ⁊ ſanctiſſimus: Et iſtud primum intelligibile ſiue prius angelus qui eſt diuiniſſimus omnium intelligibilium ⁊ viſibilium a nobis: non eſt conceptus dei in ſe ſed eſt concept' alicuius creati ſubiecti ipi deo qui excedit oīa: per quem preſentia dei: que eſt ſuper omnem cogitationē: oſtendit eſſe ſupuēiēs ⁊ ſupeminēs ipi ſūmo itelligibili qui eſt ſanctiſſim' locus dei. ¶ Et ſecundū iſtam expoſitionem ſic conſtruatur littera illa.

¶ Hoc autem puto ſignificare. Diuiniſſima viſorum ⁊ intellectorū idest ipſum primum intelligibile quod eſt diuiniſſimum omnium a nobis intelligibilium. eſſe quaſdam ſubiectas rationes ſubiectorum ipſi deo excedenti omnia. Per que ſcilicet loca diuiniſſima: preſentia eius ſcilicet dei: que eſt ſupra omnem cogitationem: monſtratur ſuperueniens intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum locorum eius: idest monſtratur eſſe ſupereminens ipſi primo ⁊ ſummo intelligibili: vel primo angelo: qui eſt ſanctiſſimus locorum dei: ¶ Et notandum q ipſum bonum ſiue ipſe deus dicitur eſſe ſupra ſummitates intelligibiles. Nam iſta ſunt ſic ordinata videlicet Intellectus quaſi potentialis ⁊ formabilis. Intellectio quaſi actualis forma: Intelligibile quaſi informati

num. Ultimo ipſum bonum ſiue ipſe
deus non intelligibilis. Sicut ergo in=
telligibile quaſi informatiuum excedit
intellectum quaſi informabilem. Ita ip
ſum bonum ſiue deus excedit ipſum in
telligibile: quod habet aliquam propor
tionem cum intelligentia ⁊ cum intelle
ctu: cum ipſum bonum non ſit intelligi
bile: ⁊ nullam habeat cum intelligentia
vel intellectu proportionem. Et propter
hoc etiam dicitur eſſe ſupra omnem co
gitationem: quia ſi eſt ſuper intellectum
⁊ ſupra intelligibile: eſt etiam ſuper om
nem intellectionem ⁊ cogitationem me
diam: Et ſic dicitur excedere ⁊ tranſcē
dere omnem regionem intelligibilem:
ſiue intelligamus per regionem intelli=
gibilem more platonico primum ip=
ſum intelligibile: ſiue intelligamus per
regionem intelligibilem omnem ſub=
ſtantiam ſeparatam: que dicitur intelli
gibilis inquantum eſt communicatiua: ⁊
manifeſtatiua ſui luminis ſiue ſue na=
ture luminoſe cuilibet potentie percepti
ue diſpoſite.

Alio modo ſic ordinatur iſte aſcenſus
Moyſi in montem ſm alios vz.

¶ p̄ homo purgatur ab amore inordina
to rerum corporalium.

¶ 2. ſeparatur a non purgatis a tali amo
re inordinato: eis non cōſentiendo.

¶ 3. Audit multarū vocū bucinas. i. au
dit hyſtoricum ſcripture ſenſum.

¶ 4. videt lumina coruſcantia ideſt in
telligit allegoricum moralem: ⁊ anago
gicum ſenſum.

¶ 5. aſcendit cum ſacerdotibus electis i
deſt cum ſūmis doctoribus ⁊ contem
platoribus ad ſummitatem diuinarū
aſcenſionum. i. Ad conſiderandas yde
as in mente diuina: que ſunt ſummum
viſibile ⁊ intelligibile a nobis aſcenden
do ad ipſum deum. Et in hoc gradu
contemplationis adhuc anima non vi=
det deum: ſed contemplatur locum eius:
ideſt ipſas ydeas: que dicuntur loca dei
diuiniſſima. Et huiuſmodi ydee non
ſunt rationes ipſius dei in ſe: ſed ſunt
rationes formandorū ab ipſo deo qui
excedit oīa. Et per has ydeas preſentia
dei monſtratur eſſe ſuperueniens ⁊ ſu
pereminēs omnibus ſummitatibus in
telligibilibus ſanctiſſimorum locorum
eius ideſt oſtenditur eſſe ſuper omnes
ydeas: que ſunt ſumma intelligibilia a
nobis ⁊ loca dei ſanctiſſima. Et hoc
modo ordinatur ⁊ conſtruitur ſic litte=
ra videlicet Hoc autem puto ſignifica=
re. ſ. Diuiniſſima viſorum ⁊ intellecto=
rum ideſt ipſas ydeas: que ſunt diuiniſ
ſima viſibilia ⁊ intelligibilia a nobis eſ
ſe quaſdam rationes ſubiectas ſubie=
ctorum ipſi deo excedenti omnia: quia
ſunt rationes ⁊ exemplaria rerum a deo
formandarum. Per que ſcilicet diui=
niſſima loca ſcilicet ydeas: preſentia e=
ius qui eſt ſuper omnem cogitationē:
monſtratur ſuperueniens ideſt ſuper=
eminens intelligibilibus ſummitati=
bus ſanctiſſimorum locorum eius id=
eſt oſtenditur eſſe ſuper omnes ydeas
que ſunt ſumma a nobis intelligibilia:
⁊ ſanctiſſima loca dei.

¶ 6. Debet qui vult ad caliginem con=
templationis aſcendere: ſegregare ſe a
viſis ⁊ videntibus ideſt debet tranſcen
dere ipſas ydeas ⁊ ydearum contem=
platores ſummos: quia vt dictum fu=
it in principio: debet derelinquere om=
nes intellectuales operationes: ⁊ om=
nia intelligibilia: Nam cum deus ip=
ſe ſit ſupra omnem intellectum: ⁊ co=
gnitionem: oportet ad ipſum accede=
re per vnitionem ſiue virtutem vniti=
uam: que ſit ſupra ipſum intellectum:

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Et ideo poſt omnia predicta Moiſes
abſoluit ab oib⁹ viſis ⁊ videntib⁹.
¶ 7. Intrat ad caliginem ignorantie que
ē vere miſtica ideſt occulta clauſa: ⁊ ſe
creta: Iſta caligo ignorantie dicitur ve-
re miſtica ideſt oculta ⁊ ſecreta: quia in
ea docentur ocultiſſima: ⁊ ſecretiſſima
⁊ modo ſecretiſſimo. Et in ea claudun
tur omnes cognitiones actuales taꝫ ſen
ſuum ꝙ̄ intellectus: ⁊ fit anima in actu
ali ignorantia omnium tam creatoris
ꝙ̄ creatorum: quia ſilent vires aprebē
ſiue. Et ſolum operatur affectiua. Et
tunc anima exiſtēs in ipſo deo omnino
impalpabili ⁊ inuiſibili: omnis ideſt to
ta fit eius qui eſt ſuper omnia ideſt to
taliter tranſmutatur in ipſum per amo
rem tranſformatiuū ⁊ fit tota diuina: ⁊
indunt diuinam formam. Et agit vt de
us. ¶ Sicut. n. aurum vnitū igni ⁊ igni
tum. agit vt ignis. Et corpus aiatum a-
git vt anima. Et anima itellectu forma
ta agit vt intellectus. Et intellectus re-
formatus in deū agit vt deus Ita ani-
ma in caligine ignorantie deo per dile-
ctionē vnita tota fit deifica ⁊ diuina.
¶ Et in tali caligine anima: neqꝫ eſt vni
ta ſibi: nec alij per amorem aut affectio
nem: ſed deponit prorſus oēm affectio
nem tam ad ſe ꝙ̄ ad omnia alia. Sed
vnitur deo oio ignoto: non per aliquam
cognitionē. qꝛ omnes vacant: ſed per ali
quid melius ꝙ̄ ſit ipſa cognitio: qꝛ per
vnitionem amoris q̄ eſt ſupra mentē ⁊
cognitionem. Et quia in iſta caligine ni
hil cognoſcit: fit cognoſcens ſupra men
tem. Nam ex illa vnione amoroſa cum
deo relinquit̄ in aīa quedam cognitio di
uinior ⁊ clarior ꝙ̄ ſit aliqua cogni-
tio per intellectum aquiſita.

Quarto videndus eſt pp quid
⁊ ad quid debeamus
ad iſtū contēplationis mōtē aſcendere
⁊ dico ꝙ in iſtū glorioſum cōtemplatiōis
mōtem debet vnuſquiſqꝫ cōſcēdere ad
peragendū multa.

¶ P̊ ad extirpandū errores. ¶ Sicut. n.
Helias in mōte carmeli prophetas fal-
ſos a veris cognoſcere fecit: ⁊ poſt-
modū eoſdem ad torrētem cyſon inter
fecit prout ſcribitur. 3. Re. 18. ¶ Sic
vir deuotus in contemplationis monte
a malis bona. a palleis grana: a verita-
te diſcernit errores. In eodem mōte co
gnoſcit ꝙ oīa exercitia preter contem
plationē ſunt ſeruilia. Cognoſcit ꝙ om
nia preter amare deum ſunt error: va-
nitas ⁊ fumus. Cognoſcit ꝙ vſqꝫ ad il
lam horam qua in montem conſcende
re cepit: ſemper in errore fuit: quia in va
nis: friuolis ⁊ minimis occupatus. Et
hoc modo in cōtemplationis monte di
ſcernit ⁊ iudicat errores tanꝙ̄ falſos ꝓ
phetas baal. Quos poſtmodum in pro
fluuio contritionis ⁊ lacrimarum oc-
cidit: quaſi in torrente Ciſon: Ciſon e-
nim vir vomens dolorē iterpretat̄.
¶ 2. Ad euadendum demonum perſe-
cutiones. ¶ Difficile eſt enim in actiua
vita demonum laqueos euadere. Qui
tamen facile euitantur in monteꝫ con-
templationis aſcendendo quia ſcribit̄
Prouer. 1. Fruſtra aūt iacit̄ rethe ante
oculos pennatorum ideſt virorum con
templationis pennis in altum eleuatoꝝ
⁊ volantium. ¶ Figura habet̄. 1. Re.
23. vbi ſcribitur ꝙ Dauid Saul ⁊ ſuo
rum ſatellitum perſecutionem fugiens
morabatur in deſerto in locis firmiſſi-
mis ⁊ manſit in mōte ſolitudinis ziph
in mōte opaco. ¶ Saul qui abutens ſi
ue abſiuum eorum interpretatur: tene
brarum principeꝫ ꝑfigurat: qui ⁊ ptāte
liberi arbitrij ſibi tradita abuſus eſt: ⁊
ad talem abuſum fideles quoſqꝫ coti-
die ſtimulat. Hic cū ſatellitib⁹ ſuis viꝫ

contemplatiuum manufortem et vultu deſiderabilem quaſi alterum David ad mortem perſequitur: Sed ipſe debet ad contemplationis ſollitudinem fugere. Ad montem opacum caliginis ſuperlucentis aſcendere. In monte ſolitarie florentis et germinantis contemplationis requieſcere: quaſi in monte zipb ſolitario et opaco: zipb enim florens vel germinans interpretatur: Et quis euadet demonum laqueos niſi montem contemplationis aſcendat. O mortales venite aſcendamus ad montem domini.

¶ 3. ad euadendum hominum mores.

¶ Difficile eſt in hominum ſocietate et in actiua vita peruerſis hominum moribus et malis exemplis non maculari: quia ſcribitur Eccl. 13. Qui tetigit picem inquinabitur ab ea: et qui coicauerit ſuperbo induet ſuperbiam. Sed qui ad montem eleuate contemplationis aſcendit facilime euadit: ¶ Figura habetur Gen. 6. et 7. Ubi ſcribitur quod Noe vir iuſtus atque perfectus: qui ambulauit coram deo: per archam quam fabricauit ab aquarum diluuio liberatus euaſit: cuius archa requieuit in montibus armenie. ¶ Moraliter Noe qui interpretatur requieſcens virum ſignificat contemplatiuum: qui in tranquilla contemplationis vita requieſcit. Aque diluuij inundantes: ad infima decurrentes et vniuerſum ſubmergentes et animalia necantes et ſuffocantes: ſunt populi multi ad terrena deſideria per ſenſualitatem decurrentes: omnia opera bona ſuis malis moribus et exemplis ſuffocantes et ad nihilum per continuam corruptionem defluentes. 2. Re. 14. Omnes morimur et quaſi aque dilabimur ſup terram que non reuertunt. De iſtis aquis ſcribitur Apoc. 17. Aque quas vidiſti: vbi meretrix ſedet: populi ſunt et gentes et lingue. Iſti populi ſuis et verbis et exemplis quaſi aquarum gutte ſtillantes cor humanum mollificant: liquefaciūt: percutiunt: et ad ſenſuales et terrenas delectationes inclinant: et ad peccati conſenſum quaſi ad perditionē trahunt: Iob 14. Lapides excauant aque et alluuiōe paulatim terra conſumitur: et homines ergo ſimiliter perdes: Ad iſtas ergo aquas declinandas debet vir iuſtus et coram deo gratus Archā ſue ſpūalis vite ī cōtemplatiōis altitudinē q̄ſi ſuper mōtes armenie ſuſpēdere collocare: firmare et ſtabilire donec aque deficiant et malorū bonorum trāſeat iniq̄tas. Et q̄s euadere poterit puerſos bonorum mores: ſi nō ī mōtē contemplationis aſcendat.

¶ 4. ad declinādū Mūdi tribulatiōes

¶ Quis mūdi tribulatiōes ad malū ꝓpulſantes et cotidie occurrētes euadere poterit niſi ī mōtē cōtēplatiōis aſcēderit. ¶ Unā in huius figurā de tpe tribulationis magne ſcribit Luc. 21 Tūc qui ī iudea ſunt fugiant ad mōtes Erit n. preſſura magna ſup terram. Heu me quot preſſure quot anguſtie: quot tribulatiōes in dies occurrunt: que miſeras aīas in baratrū peccati demergunt Sed tpe taliū tribulationū: qui eſt inuere fidei confeſſione q̄ſi in iudea ad mōtē fugiat celeſtis contēplationis. In tali tpe ad mūdi declinādas tribulationes. Mōtes excelſi ceruis: petra refugiū erinacijs ꝑs. 103. Cerui veloces ſunt mētes ī contēplatiōis volatu agiles. Erinacij p terrā repētes et ſpinoſi ſunt debiles et tēptationū ſpinis adhuc circūdati. Erinacijs petra eſt refugiū q2 iſirmis et tēptatis xp̄i meditatio eſt ſue iſirmitatis remediū. Sed altiſſimi contēplationis exceſſus refugiū ſunt mētibus eleuatis et deſiderioꝝ pedibus more ceruorū in celeſtia quaſi in montes mira celerita-

te currentibus.

¶ 5. ad declinādā Auaricie cupiditatez.

¶ Quis terrenarū rerū cupidinē effugiet ſi nō i mōtē cōtemplatiōis aſcēdat. ¶ Figura hr̄ .2. macha. 5. vbi ſcribit̄ ꝙ Judas machabeus cū ſuis. Anthiochi regis ⁊ ſui pricipis Appollōij ꝑſecutionē fugiēs: i deſertū locū ſeceſſit ⁊ in mōtibus vitā agebat iter feras. ⁊ cibo feni veſcebat̄ nepticeps fieret coiquinatiōis ¶ Moralit̄ anthiochus iterꝑtat̄ pauꝑis ſilētiū ⁊ cupiditatē ſignificat reruz mūdialiū: q̄ pauꝑtatē abhoret nec noiare vix audet. Appollōi⁹ iterꝑtat̄ admirabilis ⁊ deſignat auaritie ⁊ cupiditatis tēptamīta: q̄ bona terrēa tāq̄ʒ admirabilia: cōcupiſcēda ⁊ q̄renda ꝑſuadēt Sʒ ad iſtā cupiditatē euadendā dʒ vir iuſtus deſerta ſolitudinis petere: in mōtes altiſſime cōtēplatiōis aſcendere: in mōtibus vitā agere. Et ibidē cū ꝓphe ta exclamare. Quid mihi eſt in celo ⁊ a te quid volui ſup terram.

¶ 6. ad extiguēdū carnis incēdia: ¶ q̄s i actiua vita ⁊ i hoīuʒ cōtubernio familiaris icēdia carnis valeat euitare. Eccl̄i 9. Propt̄ ſpēʒ mł̄ris mł̄ti ꝑierūt ⁊ ex hoc cōcupia q̄ſi ignis exardeſcet. Ad euitāda hui⁹ modi icēdia ōbet fidelis ⁊ deo dedicatus in mōtē cōtēplatiōis cōſcēdere in quo deſcēdit ros celeſtis gr̄e ignē carnalitatis extinguēs. ¶ Figura Gen. 19. Dixit angelus ad loth. Salua animā tuā Noli reſpicere poſt tergū tuū nec ſtes in omni circa regione: ſʒ in mōte ſaluum te fac: ne ⁊ tu ſimul pereas ſcilicet in igne ſodomoruʒ. ¶ Moraliter ignis ſodomoꝝ eſt carnis incēdiū: quo cōburuntur ⁊ cōcremant̄ innūi. Ignis eſt. n. vſq̄ʒ ad cōſumatiōnē deuorans. Sed volētibus ab hoc igne liberari clamat magni cōſilij angelus dicēs In mōte ſaluū te fac O mortales qui ab incendio ſodome ⁊ gomorre cupitis euadere: clamat angel⁹: in montē ſaluū te fac In monte enim contemplationis ſtillāt ſtillicidia gratie eſtuʒ carnalis concupiſentie refrigerantis.

¶ 7. ad euitandam Ambitionem ⁊ ſuperbiam. ¶ Difficile eſt enim permanere in hominum cōtubernio ⁊ non excecari inanis gl̄ie ⁊ temporalis ambicionis fumo. Sed qui in contemplationis montē cōſcenderit: amore ſuperne gr̄e allectus temporalem gl̄iam facillime ꝑuipendit. ¶ Unī dn̄s noſter ieſus chriſtus. Cum cognouiſſet ꝙ venturi erant vt eum raperent ⁊ facerent regem fugit in montem Jo. 6. ad innuendū ꝙ ad ōclinandam ambitionem optima via eſt in contemplationis montē aufugere ⁊ a populoꝝ applauſu ſe ſollicite ſegregare ſʒ quis eſt hic ⁊ laudabimus eū.

¶ 8. Ad ſubiugandam ſenſualitatem.

¶ Difficile eſt ſenſualitatem ſpiritui rebellantem ſubiugare niſi prius quis in contemplationis montem aſcenderit. ¶ Unde in figura precipit domin⁹ Abrae dicens Gen. 22. Tolle filium tuum quem diligis Iſaac ⁊ vade in terram viſionis: atq̄ʒ ibi offeres euʒ in holocauſtum ſuper vnum montium queʒ monſtrauero tibi. ¶ Moraliter Abraam pater multarum gentiuʒ ſeu pater exaltatus per ſuam interpretationem ſignificat liberum arbitrium habens dominium ſuper vires anime rationalis ⁊ corporis. ¶ Yſaac qui interpretatur riſus vel gaudium eſt ſenſualitas ad gaudium: ⁊ riſum mundiale declinans: Hec ſingulariter a ratione diligitur quaſi vnigenitus quia vt dicit Sco. in. 2. di. 43. q. 2. voluntas quia cōiuncta eſt appetitui ſēſitiuo nata eſt cō delectari ſibi. Sed deus iubet ſpm̄ rationalē quaſi Abraā aſcēdere ad terrā

viſ iõis.i.ad ſoliditatē cõtēplatiõis ⁊ſu per vnū mõtē ipm deo imolare q̄ꝛ i ex ceſſu cõtēplatiõis ꝺreliquūt ſenſ⁹ ⁊ſen ſibilia. moꝛtifica appetit⁹ ſenſitiu⁹: pla caī de⁹: ꝑmittit poſtmodū ſpūalē mul tiplicationē:multiplicat bn̄dictionē. O moꝛtales ſi ſēſualitatē nr̄a3 ꝺo i boloca uſtū ꝺſideramus offerre venite aſcen damus ad montem dn̄i.

℄ 9. ad vitādū cogitationū tumultus.

℄ Q̄ꝺiu hõ ē ex mõtē cõtēplatiõis ſēp varijs cogitationū tumultib⁹ agitaī:q̄ꝛ ē extra trāquillū ⁊ q̄etū cõtēplatiõis poꝛ tū Sꝫ i ipo mõte aīa q̄ſi i altū ſubleua ta: facillime videt cogitationū muſcas hic inꝺ volātes. Et ſupꝛa ſemetipa3 iꝺū ſubleuata imūdas ⁊ vanas cogitatiões tāq̄ ipoꝛtūas muſcas ꝺoꝛſū q̄ſi i valle deſerit ⁊cõculcat. ℄ Un̄ i figurā ſcribiī mat.5. Uidēs ieſ⁹ turbas aſcēdit i mõ tē.ſ.ad vitādū eaꝝ tumultū:q̄ꝛ vir cõtē platiu⁹ q̇ tumultuoſas ⁊ renoꝝ cogitatio nes vult expellere: debet ſepius in mõ tem contemplationis aſcendere.

℄ 10. ad ſedādū paſſionū mot⁹. ℄ Quā diu i actiua vita i hoīu3 cõtubernio cõ ūſamur m̄lti paſſionū mot⁹ iſurgūt:ira cūdie:iuidie:ipatiētie ⁊ hūimodi. Sꝫ i cõtēplatiõis mõte reſcanī. ℄ Un̄ i figu ra ſcribiī ꝺ ieſu Jo.6. Seq̄baī eū mul titudo magna:q̄ꝛ videbāt ſigna q̄ facie bat ſuꝑ hijs q̇ iſirmabanī. Subijt ḡ i mõtē ieſ⁹ ⁊ ibi ſedebat cū diſcipulis ſu is. Quādiu ſum⁹ i plano actiõ s ⁊ mū dāe cõuerſatiõis ſequiī nos turba ma gna:curaꝝ:ſollicitudinū:anxietatū:ꝺſiꝺ rioꝝ:ſꝫ ſi ad cõtēplatiõis mõtē aſcēderi m⁹:i codē ſedebim⁹.i.a tumultu paſſio nū q̇etabimur. Seſſio i mõte ē q̇es paſ ſionū i cõtēplatiõe: Aīa āt ſic ſedēdo ⁊ ſic q̇eſcēdo a paſſionū tumultib⁹ fit ſa piēs q̄ꝛ a ꝺo edoceī i caligie ꝯtēplatiõis

℄ 11. ad adiſcēdā ꝺi legē. ℄ Si.n.q̇s fre quēter i cõtēplatiõis mõtē aſcēderit fa cile i diuīe legis agnitiõe ⁊ i eoꝝ miſticis ſēſib⁹ illūinaī:⁊ nūq̄ ē quis i illis ꝑfe cte edoct⁹:niſi ſepi⁹ ante i ꝯtēplationis mõtē aſcēꝺrit ad audiēdū ꝺi ſecr̄ta col loquia. ℄ Un̄ moiſes dn̄i legē ⁊ acce pturus ⁊ eā populo daturus: pꝛius in mõtē cõtēplationis aſcēdit ad ipa3 adi ſcendam ſicut ſcribiī. Exo.24: ad in nuendum ꝙ in contemplationis mon te domini lex nobis aperitur. Et ideo ſcribitur yſa.2. Uenite aſcendamus ad montem domini ⁊ ad domum dei Ja cob ⁊ docebit nos vias ſuas: ⁊ ambula bimus in ſemitis eius q̄ꝛ de ſyon exibit lex: ⁊ verbum domini de hieruſalem.

℄ 12. ad aquirendam dei gratiam. ℄ In monte contēplationis facillime dei gra tia comparatur:pꝛopter maiorem pꝛe paratationem ⁊ diſpoſitionem ad eandē. Et ſicut aque ſtillicidia in montibus ci tius q̄ in vallibus deſcendunt Ita di uine gratie ſtillicidia celerius in contē plationis monte:q̄ in mundane occupa tionis valle deſcendunt. ℄ Unde dicit pꝛoph̄a in ṗs. Sicut ros hermon qui ꝺ ſcendit in montem ſion. Iſte ros eſt di uina gratia: animam a concupiſcentijs refrigerans. Que de ſurſu3 a deo in cõ templationis ⁊ ſpeculationis montem copioſe deſcendit. Non ſic autem cadit in tumultuoſa mundane occupationis valle ⁊ ideo venite aſcendamus ad mõ tem domini.

℄ 13. ad moꝛtificandam ꝑpꝛiam volū tatem. ℄ Quamdiu homo in actiua vi ta conuerſatur non perfecte mūdo moꝛ tificatur ⁊ deum clare videre nõ poteſt quia ſcriptum eſt Exo.33. Non enim vi debit me homo ⁊ viuet. Sed in cõtem plationis monte perfecte quis moꝛtifi catur: cum derelinquat ſenſum ⁊ ſenſu bilia: intellectum ⁊ intelligibilia.

¶ Unde in figuraꝫ ſcribitur numeri.20 Tolle Aaron ⁊ filium eius cum eo ⁊ duces eos in monte hor ⁊ Aaron colligetur ⁊ morietur ibi. ¶ Moraliter Aarō qui interpretatur montanus virum significat contemplatiuum in contemplationis montibus aſſuetum Hor interpretratur mons vel lumen ⁊ congrue eminentiam ⁊ lucem ſignificat contēplationis Sicut ergo Aaron q̄ꝫ diu fuit in hominum contubernio ⁊ extra monteꝫ hor non eſt mortuus Sic ratiōalis ſpiritus mundo perfecte nō mortificatur quam diu a monte contemplationis elongatur: ſed in contemplationis eminentia: ⁊ in caligine refulgente: perfecte mortificatur: quia non ſuo ſenſu ſꝫ domini ſpū agitur: deificatur. diuina voluntate non propria mouetur.

¶ .14. ad erigendam virtutum fabricaꝫ ¶ Quamdiu homo in actiua conuerſatur vita: ſpiritualium virtutuꝫ tēplū deo pfecte dedicare non pōt. ¶ Unde ī huius figuram Salamon nō in planicie ſed in monte deo excelſo templū edificauit: vnde ſcribitur .2. parali.3. Et cepit Salamon edificare domum dn̄i in hieruſalem in monte moria. ¶ Moraliter Moria interpretaẗ viſio ⁊ illuminans ⁊ poteſt nō incongrue ſignificare cōtemplationis exceſſum in quo ⁊ mirabilis viſio ⁊ mirabilis illuminatio cō cōitatur ꝑut dicit dio. in ꝓ.c. In hoc cōtemplationis monte debent fideles deo ſuo ſpiritualium virtutum templū erigere: in hac cōtemplationis eminentia eſt fundamentū humilitatis ⁊ fidei: parieſ ſolidiſſime ſpei: tectum perfectiſſime caritatis o mortales venite aſcendamus ad montem dn̄i.

¶ 15. ad cōtemplandā patriam. ¶ Qui ſunt in montibus a longe plurima ſpeculanẗ Sic qui in montē contemplationis aſcendunt: a longe plurima cōſpiciunt: ⁊ maxime ſpeculanẗ ſupnam patriam: qr eorum cōuerſatio in celis eſt. Et de illo monte habentes celeſtē cōuerſacionē per angelicos ordines ⁊ ſanctorū cuneos mentis greſſibus mira ⁊ iocunda celeritate diſcurrunt cantantes propheticum illud numeri.24. Quaꝫ pulcra tabernacula tua Jacob ⁊ tentoria tua iſrael. ¶ Unde in huius figuraꝫ dixit dominus ad Moiſem numeri.27. Aſcende in montem iſtum Abarim ⁊ contemplare inde terram: quam daturus ſum filijs iſrael Sic ſic maximi cōtemplatoris Moiſi imitatores in contemplationis montem conſcendere debent ad promiſſionis terram conſiderandam: ſpeculandam: ⁊ intimis precordijs concupiſcendam.

¶ 16. ad videndum deū. ¶ Dicit Dioniſius ꝙ nūq̄ꝫ deus nude videtur niſi in apice ⁊ in monte contemplationis. Si autem alibi videtur ſub ſymbolis ⁊ imaginibus vellatus videtur Et in iſto contemplationis monte perfectior dei notitia aquiritur q̄ꝫ in ſtudio litterarū. ¶ Unde vndecim diſcipuli prout ſcribitur mat. vlt. Abeuntes in galileam ⁊ aſcendentes in vnum montem quē cōſtituerat illis dominus viderunt ieſum ⁊ adorauerunt eum: ad innuendum ꝙ qui vult ad dei claram notitiam peruenire: debet ad contemplationis monteꝫ a domino conſtitutum ſepe conſcendere.

¶ .17. ad offerendum perfecte dilectionis holocauſtum. ¶ Licet creatura rationalis deum ardenter diligat in monte tamen ⁊ in caligine contēplatiōis deo perfecte dilectionis offert holocauſtuꝫ quia per vntionē quādaꝫ vt dicit dioniſius in ꝓ.c. fit totus deificus qr per amorem in deū transformatur. ¶ Un̄ ī hu-

ius figura: n Moiſes in mõte ſinai obtulit deo holocauſtum ſuauiſſimi incēſi ſicut preceperat ei dñs dicens Exo. 3. Cum eduxeris populum meum de egipto imolabis deo ſuper montem iſtum De hoc holocauſto ſcribitur nũeri. 28. Holocauſtum iuge eſt quod obtuliſtis in mõte ſinai in odorē ſuauiſſimi incenſi dñi. ¶ Moꝛaliter holocauſtũ quod totum incendebatur ad honoꝛem diuinum deſignat diuinam dilectionē: quia totum coꝛ inceditur: cõburitur ⁊ inflāmatur ex deuotione ⁊ hoc fit quãdo deum ex toto coꝛde ex tota anima ⁊ ex tota foꝛtitudīe noſtra diligimus. Hoc autem fit in monte ideſt in eminētia ⁊ ſublimitate contemplatiõis. Hoc fit ĩ caligine ſuplucenti: in qua mens noſtra per amoꝛem ardentiſſimum in deum totaliter trāſfoꝛmatur: deificatur ⁊ tota fit eius qui eſt ſuper oīa. ¶ Hee ſunt cauſe pꝛopter quas in cõtemplationis mōtem debemus aſcendere. Sed multi talem aſcenſum fugiunt declināt ⁊ abhoꝛrent ⁊ clamant cum loth dicentes illud Gen. 19. Domine mi Nec poſſuʒ in mõte ſaluari: ne foꝛte appꝛehendat me malaʒ ⁊ moꝛiar: Pꝛopter hoc erroꝛes pullulant: demones temptant: hoīes coꝛrumpũt: mundus pꝛemit. Hac de cauſa auaritia pꝛouocat: caro inflammat ſuperbia inflat: ſenſualitas rebellat. hic cogitationũ tumultus: paſſiõum ſtrepitus. diuine legis ignoꝛãtia: gratie penuria: Pꝛopter hoc viget mundi cultura: virtutum ruina: dei ignoꝛãtia: caritatis exterminũ: o moꝛtales venite ergo ⁊ aſcendamus ad mõtē dñi ⁊ docebit nos vias ſuas ⁊ ambulabimus in ſemitis eius quia de ſion exibit lex: ⁊ verbum dñi ad hieruſalem.

Quinto Uidendum eſt quomodo non omnes cũ Moiſe ad ſummitatem montis aſcendunt: ſʒ aliqui vſqꝫ ad pedeʒ: aliqui ad aliquam partem: aliqui ad dimidium montis aſcendunt. Unde ſcribit̃ Exo. 24. Moiſi quoqꝫ dixit Aſcende ad dominum tu ⁊ Aaron: nadab ⁊ abiu ⁊ ſeptuaginta ſenes ex iſrael ⁊ adoꝛabitis pꝛocul. Soluſqꝫ moiſes aſcendet ad dominum: ⁊ illi non apꝛopinquabunt: nec populus aſcendet cum eo: vbi dicit lyra ꝙ ſolus moiſes ad cacumen montis aſcendit: alij autem ad aliquam montis partem. ¶ Hoc modo aliqui ad aliquē contemplationis gradum aſcendunt: alij ad maioꝛem: aliqui vero ad ſummum contemplationis verticem perueniunt ⁊ hoc in diuinis litteris multipliciter figuratiue pꝛeſignatur.

¶ p̊ In tabernaculi collocatione. ¶ Nā ſicut ſcribitur numeri. 2. Moiſes ita tabernaculum collocauit ex domini pꝛecepto: quod quattuoꝛ militum oꝛdines ipſum ſic circumſtabant. vt aliqui eſſent ab oꝛiente. aliqui ab occidente: Alij a meridie ⁊ alij a ſeptentrione.

¶ Alegoꝛice tabernaculum eſt militans eccleſia: virgo Maria: Chꝛiſti humanitas. ¶ Anagogice vero tabernaculum eſt eccleſia triumphãs. Et ſapientia exemplaris que dicit Ecci. 24 Et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Sicut ergo circa tabernaculum Moiſi erant diuerſi oꝛdines militum Sic circa humanitatem chꝛiſti ⁊ exemplarem ſapientiam contemplandam varii ſunt contemplatoꝛum gradus ⁊ effectus. Aliqui ad ipſaʒ mouetur maioꝛi lumine aliqui maioꝛi caritate. alij maioꝛi humilitate alij maioꝛi compaſſiõe: quaſi ſunt milites circũſtantes ab oꝛiente. occidente: ſeptentrione ⁊ meridie.

¶2. In promiſſionis terre diuiſione.

¶Legimus Joſue.21. Quomodo Joſue filijs iſrael promiſſionis terram in quattuor diuiſit partes videlicet in orientalem: occidentalem: meridionalem ⁊ ſeptentrionalem. ¶Moraliter terra promiſſionis eſt ſoliditas contemplationis que in predictas quattuor partes diuiditur: quia contemplationis ſolidā quietem diuerſi diuerſimode poſſidēt. Nam contemplatiuorum quidam contemplantur chriſti diuinitatem: ad modum orientis luceſcentem: quidam ſuam caritatē ad modū meridiane lucis ferueſcētē: Alij chriſtū admodū occidētis in morte ſuccumbentē Alij chriſti iuſtitiam admodum ſeptentrionis rigidam ⁊ horribilem.

¶3. In ſtellarum diſpoſitione. ¶Nam q̄ttuor ſunt ſtellarū gradus in celo ſicut dicit Origenes ſuper Numeri. 21. Quedam enim ſunt ad orientem: quedam ad occidentem quedam ad meridiem: quedam ad ſeptentrionē. ¶Moraliter ſtelle lucentes ⁊ ſubleuate ⁊ in celo collocate ſunt viri iuſti ⁊ maxime cōtemplatiui quorum mens eſt ⁊ eleuata ⁊ illuminata per contemplationis apicem ⁊ caliginem: quorum conuerſatio in celis eſt. Sed tales ad ſimilitudinem ſtellarum in ſua contemplatione variantur. Quia ſicut ſtella differt a ſtella in claritate: Sic ⁊ iſti in ſua contemplatione variantur: alij plus alij minus lucentes ⁊ calentes.

¶4. In celeſti electorum collocatione. ¶Dicit origenes ſuper numeri.3. ꝙ q̄ttuor ſunt gradus in celo De quibus diſtincte loquitur paulus apoſtolus dicens ad Hebre.12. Acceſſiſtis ad montem ſyon. Et ad ciuitatem dei viuentis hieruſalem celeſtem Et ad multitudinem angelorum laudantium Et ad eccleſiam primitiuorum aſcriptam in celis hec ille Iſti ꝗ ſunt q̄ttuor gradus in celo: videlicet Mons ſyon: ciuitas celeſtis hieruſalem: Multitudo angelorum Eccleſia primitiuorum: Sicut ergo ſunt quattuor gradus in celo ad quos aſcendunt electi: ſic ⁊ viri cōtemplatiui multiformiter variantur Et ſicut in hac vita variantur in ſua contemplatione ſic ⁊ ī celo diſtinguentur in ſua collocatione. Et quia ſic gradus contemplationis variantur propterea vnuſquiſ꜊ q̄tū potuerit conari debet vt cū Moiſe ad mōtis ſummitatem aſcendat. Si autem tantum aſcendere non potuerit: ſaltem ad dimidium montis accedat. Saltem ad tertiam vel quartam partem montis aſcēdat: ne in nebuloſis vallibus remaneat. Unde dicit Orig. ſuper Nu. 3. Non omnes ad omnes accedunt: ſed alii ad montem ſyon: ⁊ paulo meliores ad ciuitatem dei viuentis hieruſalem celeſtem. His ergo eminentiores accedūt ad multitudinem angelorum laudantium: Qui autē ſupra omnes iſtos ſunt accedunt ad eccleſiam primitiuorum: prepara ergo te: ⁊ enitere quantum vales: ſi forte actibus: vita: moribus: fide: ⁊ inſtitutis proficias. Ubi poſſis accedere ad eccleſiam primitiuorum: ſi paulo inferior es: accede ad multitudinem angelorum laudantium. Uel ad ciuitatē dei viuentis celeſtem hieruſalem. Uel ſaltem ad montem ſyon vt in monte ſalueris. Tantum eſt ne in terra reſideas ne in vallibus maneas: ne in diuerſis ⁊ humilibus perſeueres Hec orig. Qui ergo non poteſt ad montis ſummitatem cum Moiſe conſcendere: ſaltē ad aliquem gradū aſcendat: ne in terra remaneat: ne in imis iaceat: ne in lutuoſis vallibus cōputreſcat.

Sexto Ex iſto Dioniſij textu e-licio aliquas perutiles cõcluſiones.

¶ Prima eſt talis Ad comparandam gratiam perfecte contemplationis perutile eſt ymo neceſſarium declinare turbam immundam ⁊ inquietam: quia ibi non inuenitur deus. ¶ Unde Maria ⁊ Joſeph querentes ieſuz in commitatu nõ inuenerunt euz. Luc.2. ¶ Et hec inuit in littera: quoniaz Moiſes aſcenſurus in mõtem precipitur ab immundis ⁊ inquietis turbis ſegregari ſicut pz Exo. 19.24.⁊34. Deuz eſt lux mundiſſima ⁊ eſt amator pacis ⁊ quietis Et ideo requirit animam mundam ⁊ quietaz qđ non facile eſt in turba tumultuoſa et immunda.

¶ 2. Ad cõparandam grãm perfecte cõtẽplationis q̄ plurimũ confert ſcripture ſacre litteralis ⁊ miſtica intelligentia ſubleuans ad cognoſcenduz deũ velate ¶ Unde Moiſes priuſq̄ ad montis apicem conſcenderet: bucinas multarũ vocuz audiuit ⁊ lumina varios radios coruſcantia aſpexit ſicut patet Exo.19. qđ in ipſo deſignat ⁊ litteralem ⁊ miſticuz ſcripture ſenſuz prefuiſſe. Aliter vix ad montem quis aſcendit.

¶ 3. Ad cõparandã pfecte cõtẽplationis gratiam multum confert virorum contẽplatiuorum ⁊ pfectorum ſocietas: ⁊ ymitatio. ¶ Unde moiſes aſſumptis ſecũ ſacerdotibus ſiue ſenioribus electis ⁊ perfectis: cum ipſis aſcendit ad ſummitatem diuinarũ aſcenſionum ⁊ ad diuinã viſionẽ vñ dr Exo. 24. Aſcẽderũtq̄ moiſes ⁊ Aaron: Nadab ⁊ Abiu ⁊ ſeptuaginta đ ſenioribus iſrael: ⁊ viderũt deum iſrael. ¶ Sic Petrus Jacobus ⁊ Joannes cum chriſto aſociati in mõtem aſcenderunt. Et in forma glorioſa deum videre meruerunt mat.17. Non autem viderunt illi qui ſteterunt cum turba immunda ⁊ tumultuoſa.

¶ 4. Ad comparandam gratiam perfecte contemplationis oportet omnes derelinquere tam perfectos q̄ imperfectos Et in ſolitudine ſolum deum querere ⁊ deſiderare. ¶ Hoc innuitur in littera: quoniam Moiſes etiam ſacerdotes electos deſeruit ⁊ in caliginem in qua deus erat intrauit. Et ibi inuenit ⁊ vidit deum: vnde ſcribitur Exo.24. Aſcendenſq̄ Moiſes in montem dei ſenioribus ait Expectate hic donec reuertamur ad vos. Et Exo.34. Eſto paratus vt aſcendas ſtatim in montem ſinai Nullus aſcendat tecum.

¶ 5. In exercitio perfecte ⁊ miſtice contemplationis fit homo totus deificus. quia vnitus ipſi deo per feruentiſſimuz amorem amantem cum amato vnientem. ¶ Et hoc innuitur in littera quando dicit Quod Moiſes in predicta caligine totus fit eius ſcilicet dei q̇ eſt ſuper omnia idest totus tranſmutatur in ipſum deum: ⁊ fit deificus ⁊ hoc patet. Exo.19.24.⁊.34. vbi ſcribitur quomodo Moiſes fuit in caligine in monte cum ipſo deo quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: ⁊ panem non comedit: ⁊ aquam non bibit: ⁊ ſcripſit in tabulis verba federis decem.

¶ Ex iſto ſequitur quod nullum eſt dignius exercitium q̄ exercitium amoroſe orationis: ⁊ miſtice contemplationis: quia nullum aliud ita hominem deificat: ⁊ in deum tranſformat: ſicut oratio miſtica ⁊ contemplatiua: Et tamen hanc vniuerſi abhorrent. Et magis amant ludos ⁊ choreas contra quos exclamare libet poeticum illud.

O curas hominum. O quantum eſt rebus inanne.

O curue in terris anime. Et celeſtium
inanes.
O miſeras hominum mentes: O pec-
tora ceca.
Qualibus in vite tenebris: quantiſq
periclis.
Degitur hoc eui quodcunq eſt.
¶ Ex iſtis determinatis claret cauſa p
pter quam rari contemplationis grati-
am poſſident Nam omnes diligunt: ꝛ
frequentant turbas: diuinas ſcripturas
poſtponunt: ſocietatem ſanctorum de-
clinant. Solitudinem abbominantur.
Et ideo facti ſunt ſicut equus ꝛ mulus
quibus non eſt intellectus. Quorum
maxille freno ſunt conſtringende.

Capitulum Secundum

Quomodo oportet ꝛ vniri Et hymnos reponere omnium cauſe exiſtenti.

In hac ſuperlucenti
caligine fieri nos pre
camur: Et per non ui
dere: ꝛ per ignorare:
videre: ꝛ cognoſcere
eum qui eſt ſuper omnez viſio
nem ꝛ cognitionez: In ipſo nō
videre ꝛ non cognoſcere. Hoc
eſt enim vere videre: Et ſuper
ſubſtantialem ſuperſubſtantia
liter laudare per omnium exi-
ſtentium ablationez. Sicut ip
ſius nature inſigne facientes:
Auferentes prohibitiones of-
ficientes munde occulti viſio-
ni: Et ipſam in ſeipſa: ablatio
ne ſola: ocultam manifeſtan-
tes pulchritudinem. Oportet
autem ſicut arbitror: Ablatio-
nes laudare contrarie quaz pō
ſitiones. Et enim illas a pri-
mis incipiētes ꝛ per media ad
vltima deſcendentes poneba-
mus: Hic autem ab vltimis ad
principaliora aſcenſus facien-
tes: Et per media rurſus ad
extrema omnia auferimus: vt
reuelate cognoſcamus illam i
gnorantiam ab omnibus no-
ſcibilibus in omnibus exiſten
tibus circumuelataz: Et ſuper
ſubſtantialem illam videamus
caliginem: ab omni lumine in e
xiſtentibus ocultam:

¶ Circa iſtum textum more ſolito qua-
tuor faciemus. ¶ p̄ Moueo q̄ōnem.
¶ 2. conſtruo litteram. ¶ 3. declaro ſin-
gula verba. ¶ 4. elicio notanda ſiue cō
cluſiones.

Primo Queritur Quid
intendit: ꝛ quot fa-
cit beatus Dionifius in preſenti. c. Cui
Reſpondetur Quod ſex gradatim: ꝛ
ordinate facit.
¶ p̄ Orationem in p̄ capitulo factam re
plicat cum dicit: In hac ſuperlucenti ca
ligine fieri nos precamur:
¶ 2. modum ad prefatam caligmem aſ-
cendi replicat cum dicit. Et per non vi
dere ꝛ per ignorare videre: ꝛ cognoſce

re eum qui eſt ſuper omnem viſionem
τ cognitionem in ipſo non videre: τ nõ
cognoſcere.

¶ 3. Quid ſit vere videre τ quid ſit vere
deum cognoſcere cum dicit. Hoc eſt
enim vere videre τ vere cognoſcere.

¶ 4. Orat vt deum ſuperſubſtantialẽ
ſuperſubſtantialiter per omnium nega
tiones laudare queat cum dicit. Et ſu-
perſubſtantialem ſuperſubſtantialiter
laudare per omnium exiſtentium abla
tionem.

¶ 5. declarat ꝙ via laudandi deum per
negationes modo contrario procedat a
via laudandi ipſum per affirmatio-
nes cum dicit. Oportet autem ſicut ar-
bitror ablationes laudare contrarie ꝙ̃
poſitiones.

¶ 6. innuit qđ deum vult negatiue lau-
dare ad hunc finem quatenus ipſuʒ de
um non velate cognoſcat qui ſub omni
bus entibus creatis latet ocultatus cuʒ
dicit. Ut reuelate cognoſcamus illam i
gnorãtiã ab oĩbus neſcibilibꝰ circũuela
tam: τ ab omni lumine creato oculta-
tam: Et in hiis clauditur huius capi-
tuli ſententia.

Secundo Conſtruo ſic litte-
ram. (precamur
nos fieri in hac caligine ſuperlucenti) in
qua videlicet fuit Moiſes: vel a caligi
ne in qua fuit moiſes prefigurata. (Et
per non videre) idest per inuiſibilitateʒ
ex parte dei. (Et per ignorare) idest per
ignorantiam ex parte noſtri. (Uidere τ
cognoſcere eum qui eſt ſuper omnem
viſionem τ cognitionem) ſcilicet crea-
tum (In ipſo non videre τ non cogno-
ſcere) idest per ipſam inuiſibilitatem τ
ignorantiam. (Hoc eſt enim vere vide-
re τ cognoſcere) Hoc ſcilicet non vide-
re τ non cognoſcere aliquid: ſed eſſe in
caligine ignorantie eſt vere videre τ ve

re cognoſcere. (Et) ſupple precamur
nos poſſe (laudare ſuperſubſtantiali-
ter) idest ſuper omnem creatam ſub-
ſtantiam. (ſuperſubſtantialem) ſcilicet
deum qui eſt ſuper omnem ſubſtanti-
am (per ablationem) idest per negatio-
nem (omnium exiſtentium) idest omni
um creatorum. (Sicut facientes inſi-
gne ipſius nature) idest ymaginem que
eſt ſimilitudo: τ ymago rei naturalis.
(Uel inſigne ipſius nature) idest yma-
ginem vel figuram a natura ante opus
artificis in lapide vel marmore natura
liter productam. (Auferentes prohibi-
tiones) idest impedimenta. (officiẽtes)
idest nocentes vel obuiantes. (viſioni
munde) idest viſioni clare τ aperte. (O
culti) ſcilicet inſignis vel ymaginis na-
turalis. (Et manifeſtantes ipſam pul-
chritudinem ocultam in ſeipſa. ſola
ablatione) idest ſola remotione exterio
rum impedimentorum τ obſtaculoruʒ
prohibentium nudam: τ apertam vi-
ſionem (Auteʒ) pro ſed (ſicut arbitror
oportet ablationes) idest negationes (la
udare) ſcilicet deum (contrarie) idest a
lia via τ aliomodo (ꝙ̃ poſitiones) idest
ꝙ̃ affirmationes. (Et enim incipientes
a primis) idest a diuinis. (Et deſcendẽ
tes per media) ſcilicet angelica: τ intelle
ctualia (ad vltima) ſcilicet ſenſibilia (po
nebamus illas) ſcilicet poſitiones τ af-
firmationes. (Hic autem) ſcilicet in hac
miſtica theologia (facientes) ſcilicet nos
(aſcenſus) idest aſcenſiones (Ab vlti-
mis) idest a ſenſibilibus (ad principali
ora) idest ad intellectualia vel angelica.
(Et per media) ſcilicet intellectualia:
(rurſus ad extrema) ſcilicet diuia (om
nia auferimus) per negationes. (Ut re
uelate idest nude τ ſine velo cognoſca-
mus illam ignorantiam) idest lucem di
uinam (circumuelataʒ) idest vndiqꝫ co

opertam) (Ab omnibus noſcibilibus) ſupple que ſunt. (In omnibus exiſtentibus). i.in omnibus creatis hñtibus eſſe exiſtentie. (Et vt) ſupple reuelate (videamus illã ſupſubſtantialẽ caliginem).i.illam lucẽ diuinam que eſt ſup oẽm ſubſtantiam (occultam).i.incognitam (Ab omni lumine).i.ab omni intellectu ſiue ab omni cognitione. Que ſupple eſt vel reperitur (in exiſtẽtibus) videlicet in creatis qꝛ ab omni lumine naturali ſiue angelico ſiue hũano incognita eſt illa lux ſupſubſtantialis.

¶ 3. propter negationem vel mendaciũ vitandum. ¶ Que enim ſimplicia ſunt ſi multis ſermonibus explicare voluerimus: aut nugationem aut mendaciũ omnino committimus. Nugationeꝫ id ſepius replicando: Mendacium id qđ non eſt affirmando. Exempli gratia. Ens tranſcendentiſſime ſumptum habet conceptum ſimpliciter ſimplicem: quia non reſolubilem in plures conceptus Et ideo vel totaliter ſcitur vel totaliter ignoratur: quia non poteſt ſecundum aliquid concipi ⁊ ſecundum aliquid ignorari cum non habeat aliquid ⁊ aliquid. Hoc igitur ens ſimpliciſſimum ſi pluribus nominibus explicare voluerimus aut mendacium committimus id quod non eſt aſſerendo aut nugationem idem ſepius ac diuerſis nominibus: ⁊ ſermonibus repetendo: Sed deſcendẽdo ſub ipſo ente per diuiſiones: quanto magis deſcendimus: tãto inferiora ſunt compoſitiora ⁊ pluribus conceptibus conceptibilia ⁊ conſequenter pluribus ſermonibus indigẽtia ad plenam explicationem. Hoc modo in libro de diuinis ypotipoſibus in quo de diuina ſimplicitate ⁊ vnitate diſſeritur ſermo ſuccintus eſſe debuit. In libro autem de diuinis nominibus in quo diſſeritur de diffuſione diuine bonitatis in creata prolixior In ſimbolica autem theologia: in qua de corporalibus creaturis agitur ſermo diffuſior eſſe debuit: quia ſecundum quantitatem deſcenſus: dilatat̃: ⁊ ſermo. (Nũc autem ab inferioribus ad ſupremum aſcendens ſecundum menſuram aſcenſionis contrahitur). Hic aduertendum Quod ſicut recedendo a ſimplici ⁊ accedendo ad compoſita multiplicantur conceptus. Ita multiplicari debent ſermones eorum conceptuum affirmatiui. Et pro tanto dilatantur ſermones ſecundum quantitatem ipſius receſſus a ſimplici. Sed negatiue quia incipitur ab imperfectioribus: compoſitioribus ⁊ infimis: oportet primo negationes multiplicari propter multitudinem cõceptuum ⁊ paulatine reſtringi ſecundum acceſſum ad ſimplicem ⁊ tandem omnino deficere per omnimodam ſermonis: ⁊ rationis vel intelligentie vacationem.

Quarto

Elicio ſingulares ⁊ notabiles concluſiones.

¶ Prima concluſio. Entia creata ſenſibilia quia remota ſunt a prima omnium cauſa ſunt compoſita magis: ⁊ propter hoc ad eorum inueſtiga-

tionem: intellectionem ⁊ explicationem infinitam verborum ⁊ ſermonum multitudinem requirunt: infatigabilem laborem exigunt: eternum tempus expoſcunt: nec ſic ad liquidum apprehendi vel explicari queunt: quia Cuncte res difficiles non poteſt eas homo explicare ſermone. Eccl. j. Hec accipitur in littera quando dicit. (Plurium ſermonum ſunt vltima ꝙ̄ prima). Et ideo ſtultiſſimi ſunt: qui tot labores impendunt: ⁊ maiorem temporis partem conſumunt in rerum naturalium ſcientiis ⁊ ſecretis inueſtigandis: quod nihil aliud eſt ꝙ̄ fruſtra niti ⁊ querere impoſſibilia: vnde dicit ſapiens Eccl. 8. Eſt homo qui diebus ⁊ noctibus ſomnum nõ capit oculis. Et intellexi ꝙ omnium operum dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum que fiunt ſub ſole: ⁊ ꝙ̄to plus laborauerit ad querendum tanto minus inueniat.

¶2. concluſio. Entia creata ſenſibilia: quia remota ſunt a prima omnium cauſa: ſunt magis mobilia ⁊ magis inquieta: ⁊ hoc ſequitur ad compoſitionẽ predictam. Et ſibi adherentes reddũt mobiles ⁊ inquietos Eccl. 2. Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo ⁊ afflictione ſpiritus qua ſub ſole cruciatus eſt. Cuncti dies eius doloribus ⁊ erumnis pleni ſunt: nec per noctem mẽte requieſcit. Hec accipitur ĩ littera quãdo dicit (Secundum quantitatem deſcenſus ad proportionalem dilatabat̃ multitudinem.) Deſcendendo enim a deo ad creaturas ꝙ̄to magis elongamur a deo tanto multiplicatur labor. mot⁹: ſermo: ⁊ inquietudo. Et ideo ſtultiſſimi ſunt peccatores q̃ deum deſerentes: per inordinatum amorẽ creaturis corporalibus adherent. In quibus nũꝙ̄ requieſcunt, yſa. 57. Impii autẽ quaſi mare feruẽs: quod quieſcere non poteſt: ⁊ redundant fluctus eius in conculcationem ⁊ lutum.

¶3. concluſio Entia creata quia remota ſunt a prima omnium cauſa: ſunt imperfectiora: ⁊ ꝙ̄to magis ſunt remota tanto ſunt magis imperfecta. Et hoc ſequitur ad compoſitionem ⁊ mobilitatem predictam ⁊ ideo ſibi adherentes reddunt imperfectos ⁊ viles Sap. 15. Cinis eſt enim cor eius ⁊ terra: ſupuacua ſpes illius. ⁊ luto vilior vita eius. Hec accipitur in littera qñ dicit (Secũdum quantitatẽ deſcenſus ad proportionalem dilatabatur multitudinem.) Deſcendendo enim ab ipſo vno ſcilicet deo ⁊ deſcẽdẽdo ad multitudinẽ: ꝙ̄to magis ab eo elongamur: tanto ad maiorem imperfectionẽ appropinquamus. Et ideo ſtultiſſimi ſunt qui a deo recedentes: ad creaturas corporales ꝑ inordinatũ amorẽ appropinquãt q̄ ſemp ſiunt deteriores: vñ ſcribit̃ de aĩa ad creaturas ꝑ inordinatũ amorẽ cõuerſa Hiere. 2. Quã vilis facta es nimis iterãs vias tuas. ⁊ ab egipto cõfũderis.

¶4. cõcluſio Quãto q̃s ẽ ſimplicior ceteris pib⁹ ẽ deo ꝓpinquior ⁊ q̃nto q̃s ẽ duplicior tãto a deo eſt remotior. Hec ꝓbat a ſimili: quia ſicut entia cõpoſitiora ſunt a deo remotiora ⁊ ſimpliciora ſũt deo magis ꝓpinqua ceteris pibus: Sic duplices aio ſunt a deo magis elõgati: ⁊ ſimplices magis ꝓpinqui: vñ dixit xps his quos ſibi ſociauerat mat. 10. Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes ⁊ ſimplices ſicut colũbe. Et ideo qui ad deũ cupit appinquare ⁊ ad apicem contẽplationis: ⁊ ad dei ſecreta colloquia puenire: totis precordiis cordialem: vocalẽ ⁊ realẽ q̃rat ſimplicitatẽ q̄ ſcribit̃ Prouer. 3. Abhõĩatio eſt dñi ois illuſor ⁊ cũ ſimplicib⁹ ſermocinatio eius.

¶ 5. cõclusio Quãto quis a curis: actionibus ⁊ mundi motibus eſt quietior tanto ceteris paribus eſt deo propinquior. Exemplum linee a centro ad circumferentiam procedentes q̄̄to recedunt a circumferentia que velociter mouetur: ⁊ accedunt vel propinquant centro immobili: tanto eorum motus minoratur Sic quanto homines recedunt a ſenſibilibus que ſunt in vltima circumferentia ⁊ accedunt ad deum qui eſt centrum tanto quietantur ⁊ tanto magis ab inquietudine motus recedunt Unde dixit chriſtus diſcipulis ſuis Jo. 16. In mundo preſſuram habebitis in me autem pacem. Et ideo ſtultiſſimi ſunt: qui ad circumferentiam creaturarum per amorem inordinatum ſemper accedũt: quia nunq̄ quieſcunt. ſed ſicut circumferentia: ſemper rotantur ⁊ voluuntur De quibus dicit propheta in p̄s In circuitu impij ambulant. ¶ Iſtos in circuitu creaturarum ambulantes ad quietem vocat chriſtus dicens mat. 11. Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis: Tollite iugum meum ſuper vos ⁊ diſcete a me: quia mitis ſum ⁊ humilis corde ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris.

¶ 6. concluſio. Quanto quis a ſenſibilibus ⁊ corporalibus creaturis propter deum elongatur: tanto ceteris paribus eſt perfectior: Rõ eſt quia vt ſcribitur Sap. 14. Creature dei in odium facte ſunt: ⁊ in temptationem anime hominum: ⁊ in muſcipulam pedibus inſipientium. Et ideo q̄̄to quis ab ipſis magis elongatur: tanto fit perfectior. Et ideo chriſtus docens perfectionis viam dixit Luc. 10. Qui non renunciat omnibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipul⁹. Et ideo qui ad montem contemplationis aſpirat: qui ad caliginem peruenire deſiderat: qui ad perfectionis culmen anhellat terrenis omnibus q̄̄tum poſſibile eſt terga vertat: omnia contemnat: omnia relinquat: omnia pu i pendat: quia clamat veritas mat. 19. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus ⁊ ſequere me: ⁊ habebis theſaurum in celo. ¶ Ex iſtis patent cauſe noſtre imperfectionis noſtre inquietudinis: ⁊ noſtre elongationis a deo. Uenite ergo aſcendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias ſuas.

Dicis autem quare totaliter a primo ponentes diuinas poſitiones: ab vltimis inchoamus diuinam ablationem. Quoniam hoc quod eſt ſuper omnem poſitionem ponentes: a magis ipſi cognato ſuperpoſitiuam affirmationẽ oportebat ponere. Illud autem quod eſt ſuper omnem ablationem auferentes: a magis diſtãtibus ab ipſo auferre: An non magis vita ⁊ bonitas q̄ȝ aer et lapis. Et magis non eſt crapula et non inſania: q̄ȝ nõ dicitur nec intelligitur.

¶ Circa iſtum textum facio quattuor. Primo Quero quid dioniſius in hac parte intendat. Reſpondeo qđ reddit rationem eius qđ dixerat in. 2. capitulo videlicet. Quod laudando deum negatiue proceditur

modo τvia contraria a via laudandi af firmatiue. Et ſic tria facit.
C p̄ inducit Thimotheū querentem de hoc rationem ibi (Dicis at quare.)
C 2. redit rationem ibi (Quoniam hoc quod eſt.)
C 3. A probat rationem per exemplum ibi (An non magis vita: τ bonitas q̄ Aer.)

Secundo Conſtruo ſic litteram (Autem) ſupple o thimothee (dicis) ideſt queris. (Quare nos ponentes diuinas poſitiones) idest affirmationes (totaliter incohoamus a primo) ideſt ab ipſa omniū cauſa quia primo compoſuit librum de diuinis ypotipoſibus τ ibi primo dixit de vnitate diuine nature Sed nos ponentes (diuinam ablationem) ideſt negationem (incohoamus ab vltimis) ſcilicet ſenſibilibus negādo primo ea τ poſt moduʒ intelligibilia. Reſpōdeo. (Quoniam ponentes hoc quod eſt ſuper omnem poſitionem) quaſi videlicet primū τ fundamentum (Oportebat ponere) ideſt componere (affirmationem ſuper poſitiuam) ideſt conſequentem ſcilicet ſue laudis (a magis cognato) ideſt a magis propinquo τ ſimili (illi) (Autem) p ſed (auferentes) ideſt per ablationem τ negationem laudantes τ querentes (illud quod eſt ſuper omnem ablationē) Oportebat ſupple (auferre a magis diſtantibus ab ipſo) ideſt incipere negationem a magis remotis ab ipſa prima omnium cauſa. Et hunc ordinem in affirmatiuis τ negatiuis auctor iſte ſeruauit prout patet in hoc cap. τ duobus ſequentibus An non magis Hic probat rationem dictam per exemplum dicēs (An non magis deus eſt vita: τ bonitas) de quibus diximus in libro de diuinis nominibus. (Quam aer aut lapis) de quibus in ſimbolica theologia tractauimus: quaſi dicat ſic. Et propter hoc prius deo fuerunt tribuenda: cum omnia digna digniſſimo magis conueniant τ prius. (Et) reſume Nonne (magis) deus. (Non eſt crapula τ Non eſt inſania) que vʒ ſunt paſſiones conſequētes ex concupiſcentia τ ira: quas primo abnegamus in ſequēti capitulo. (q̄ non dicitur neqʒ intelligitur) que negabuntur in iſto libro capitulo vltimo quaſi dicat ſic. Et ideo magis abſurda τ magis incongrua a deo ipſo primo videntur remouenda.

Tertio Declaro dubium intentum in hac pte. C Queritur enim que ſit ratio aut congruentia q laudando deum affirmatiue a primis incipimus: cum laudando negatiue incipiamus ab vltimis. Reſpondeo q rō eſt multiplex. Ratio multip.

C Prima eſt ratio naturalis. C Nam ſicut natura volens organicum corpus componere τ edificare poſt cor incipit a proximioribus ipſi cordi Et ſic gradatim procedit corpus edificando per media vſqʒ quo veniat ad extrēa prout ſūt manus: pedes: vngues: τ capilli. Sed volens ipſum deſtruere incipit a remotioribus auferendo calorem naturalem primo a manibus τ pedibus: τ ſic per media conſequenter donec auferat ipſum a corde tanq̄ a primo τ principali fundamento. Sic cupiens diuinam laudem per affirmationem conſtruere: poſt deum quaſi primum debet a proximioribus ipſi deo incipere. Et econtrario negatiue.

C 2. eſt Artificialis. C Nam cupiens domum aliquaʒ conſtruere poſito fundamento incipit a proximioribus ipſi fundamento τ deinde ordinate procedit ad magis diſtantia quouſqʒ perue

niat ad vltima ⁊ extrema puta ad tectū: Sed volens domum deſtruere vel au ferre primo incipit a remotis videlicet a tecto vel culmine ordinate auferens vſq3 ad primum videlicet fundamentum. Parimodo in diuina laude affirmatiua: ⁊ negatiua procedendum eſt.

¶.3.eſt Methaphiſicalis. ¶Cum enim deus ſit bonum quo maius cogitari non poteſt: quia eſt bonitas infinita: congruum eſt ei attribuere omne illud quod dicit perfectionem: ⁊ magis perfectum magis attribuere ⁊ maxime maxime. Simili ratione ab eo remouēdu3 eſt omne imperfectum ⁊ magis imperfectum magis remouere ⁊ maxime maxime. Et proterea in proceſſu affirmatiuo primo ei attribuendum eſt illō quod eſt perfectius ⁊ melius ⁊ ſic ordinate deſcendendo. Sed in proceſſu negatiuo primo remouendu3 eſt ab eo id quod eſt magis imperfectum ⁊ ordinate aſcendendo.

¶.4.eſt Logicalis. ¶Nam ſi de ipſo deo primo affirmauerimus perfectiora: poſſumus ſecundario affirmare imperfectiora ordinate ſine nugatione vel ſuperfluitate Exempli gratia ſi dixerimus. Deus eſt angelus poſſumus poſtmodum dicere Deus eſt anima: Deus eſt celum Deus eſt ignis Deus eſt terra: quia ⁊ ſi de deo affirmaui angelum non tamen affirmaui imperfectiora ſequentia. Si autem primo de deo affirmauerimus terram dicendo Deus eſt terra fruſtra perfectiora affirmabim⁹ cum per ſe pateat quod ſi eſt imperfectum multo magis eſt perfectu3 de quo magis videtur. Eodem modo ſi primo negamus de ipſo deo terra3 poſſumus ſine nugatione omnia perfectiora ordinate negare. Si aute3 ſemel ab ipſo deo angelum negauerimus ſimul cum ⸗ ⸗ cta negauimus Cum conſtet quod ſi deus non eſt Angelus multo magis non eſt celum aut elementū Et propter hoc ad vitandam nugationem in laude ⁊ inquiſitiōe dei affirmatiua a perfectioribus incipiendum eſt. In negatiua autē ab imperfectioribus.

Quarto Ex iſto dionifij textu ſingulares conduſiones elicio. 6.

¶Prima concluſio Semper quod melius eſt: deo attribuendu3 eſt. Eſt enim theologica regula. Quod quicquid perfectionis in creatura reperitur: perfectiori modo reperitur in deo Hec accipitur in littera cum dicit(An non magis vita ⁊ bonitas q̄ aer ⁊ lapis) Et ideo ſi in creaturis bonum eſt eſſe: in deo eſt optimum quia imparticipatum vnde dicit Exo.3. Ego ſum qui ſum ſcilicet per eſſentiam non per participationem. ¶Si in creaturis bona eſt vita: In deo eſt optima vita: quia dicit Deu. 14. Viuo ego ait dominus ⁊ propheta dicit in p̄s.35. Quoniam apud te eſt fōs vite. ¶Si in creaturis bona eſt ſapientia: ſcientia: conſilium: prudentia: iuſtitia: temperantia: fortitudo. Si bona ſūt imperia: regna. diuitie ⁊ gloria: in deo ſunt omnia iſta eminētiſſime: vnde clamat deus dicens Prouer.8. Meum ē conſilium ⁊ equitas: Mea eſt prudentia: mea eſt fortitudo. Per me reges regnant ⁊ legum conditores iuſta decernunt Per me principes imperant ⁊ potentes decernunt iuſticiam. Mecum ſunt diuitie ⁊ gloria: opes ſuperbe ⁊ iuſtitia Melior eſt fructus meus auro ⁊ lapide precioſo ⁊ genimina mea argento electo. ¶Et ideo qui omnia bona breui labore cumulare deſiderat: deu3

toto corde ⁊ totis viſceribus diligat:q3 cito replebitur omnibus bonis quia dicit deus Prouer.8. Ego diligentes me diligo: ⁊ qui mane vigilauerint ad me inuenient me. In vijs iuſtitie ambulabo: in medio ſemitarum iudicij vt ditem diligentes me: ⁊ theſauros eorum repleam. Qui vero deum non diligit ſemper eſt mendicus: ⁊ famelicus.

¶2.concluſio. Quicquid boni:quicquid perfectionis in noſtris cogitationibus reperitur deo eſt attribuendum: qui eſt omnis boni fons ⁊ origo ⁊ cauſa pncipalis: vnde clamat paulus.2.ad Cor.3. Fiduciam talem habemus per chriſtum ad deum: non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis: quaſi ex nobis:ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Et ideo de bonitate cogitationum noſtrarum:gratia ⁊ gloria deo eſt referenda ⁊ attribuenda.

¶3.concluſio. Quicquid boni:quicquid perfectionis in noſtris deſiderijs reperitur deo attribuendum eſt:qui eſt omnium bonorum cauſa primaria: vnde ſcribitur Prouer.21. Sicut diuiſiones aquarum:ita cor regis in manu domini:quocunq3 voluerit inclinabit illō per deſideria ſcilicet ⁊ appetitus Et ideo de bonis deſiderijs ⁊ de bona voluntate in deum tota eſt gloria referenda.

¶4.concluſio Quicquid boni:quicquid perfectionis in noſtra eloquutiōe vel ſermonibus reperitur: ſiue docendo ſiue predicando: ſiue familiari aut particulari modo pronunciando.nō nobis ſed deo eſt attribuendum. Unde veritas de recte loquentibus dicit mat.10. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini:ſed ſpūs patris vrī qui loquitur in vobis. Et Petrus apoſtolus.2. Petri.1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia:ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et ideo de omnibus rectis ſermonibus deo optimo ſunt gratie refferende ⁊ gloria attribuēda.

¶5.concluſio. Quicquid boni:quicquid perfectionis in noſtris exterioribus operibus reperitur ſiue ſint opera miſericordie corporalis ſiue ſpiritualis: Siue ſint opera artium mechanicarum:ſiue liberalium. Siue ſint opera actiue vite ſiue contemplatiue totum deo attribuendum eſt: quia clamat veritas Jo.15. Sicut palmes non poteſt facere fructum a ſemetipſo niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in me manſeritis. Qui manet in me: ⁊ ego in eo: hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Et licet homo multa bona facere proponat: quod tamen illa exequatur hoc ex diuino procedit adiutorio Unde ſcribitur Prouer. 16. Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed domini eſt dirrigere greſſus eius. ¶ Ad confirmationem omnium predictorum clamat propheta ſpū ſcō afflatus dicens Eſa. 26. Domine dabis nobis pacem: omnia enim opera noſtra: operatus es nobis.

¶.6. Concluſio Quicquid imperfectionis: quicquid mali increaturis reperitur: a deo benedicto remouendum eſt: Hec accipitur a Dioniſio in littera quando dicit. (Et magis non eſt crapula: ⁊ non inſania ⁊c.) ¶ Imperfectionis in creatura eſt: eſſe compoſitum:eſſe limitatum: eſſe accidentale: eſſe imperfectum: Malum in creatura eſt In

iuſtitia. Inuidia: iniquitas: perſonarū acceptio: mendacium: periurium: ⁊ huiuſmodi multa: que omnia a deo ſunt remouenda. Cum ſit perfectus mat. 5. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis perfectus eſt. Et ſine vlla iniquitate dicente paulo ad Ro. 9. Nunquid iniquitas apud deum Abſit. Et abſq; vllo peccato dicente Petro apoſtolo. j. petri. 2. Qui peccatum non fecit: nec dolus inuētus eſt in ore eius. Qui cū maledicerecꝫ nō maledicebat: cū pateretꝫ nō cōminabatꝫ. ¶ Et hoc eſt cōtra multos qui ſibi attribuūt bona ſua ⁊ de eis gloriantur. Contra quos clamat deus dicens Iere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: ⁊ non glorietur fortis in fortitudine ſua: ⁊ non glorietur diues ī diuitijs ſuis. Et contra multos qui in dīm referunt mala ſua. Sicut fecit Adā qui ſe excuſando ⁊ deum accuſando dixit Gen. 3. Mulier quam dediſti mihi ſociam: dedit mihi de ligno ⁊ comedi. ¶ Et ille ſeruus nequā qui dixit Luc. 19. Dñe ecce mna tua quā habui repoſita in ſudario. Timui enim te quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti: ⁊ metis quod nō ſeminaſti. ¶ Quicumq; autem deum inuenire deſiderant: ⁊ ad caliginem contemplationis aſcendere: deo attribuant quicquid eſt perfectionis ⁊ ab eodem quicquid eſt imperfectionis remoueant: ⁊ cum fide ⁊ ſimplicitate ⁊ ſollicitudine querant illum quia ſcriptum eſt Sap. j. Sentite de domino in bonitate ⁊ in ſimplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab his qui non temptant illum: apparet autem eis: qui fidem habent in illum. Venite ergo aſcendamus ad montem domini: ⁊ docebit nos vias ſuas.

Capitulum quartum

Quod nihil ſenſibiliū eſt: qui eſt omnis ſenſibilis cauſa ſecundum exceſſum.

Dicimus igitur q; omnium cauſa: ⁊ ſuper omnia exiſtens: Neq; ſine ſubſtantia eſt Neq; ſine vita: Neq; ſine ratione: Neq; ſine mēte. Neq; corpus eſt: neq; figura: neq; forma: Neq; qualitatem: aut q̄titatem: aut pondus habet. Neq; in loco eſt: neq; videtur: neq; tactum ſenſibilem habet: neq; ſentitur. Neq; ſenſibile eſt: neq; inordinationem habet: neq; turbationem a paſſionibus materialibus perturbata. Neq; impotens eſt ſenſibilibus ſubiecta caſibus. Neq; indigentia eſt luminis: neq; variationem: aut corruptionem: aut diuiſionem: aut priuationem: aut paſſionem: aut fluxum: Aut aliqd aliud ſenſibilium: neq; habet neq; eſt.

Circa hunc textum dioniſij quattuor ſa

ciam ſolito more. ¶ Pͣ moueo qõ. ¶ 2. conſtruo litteram. ¶ 3. declaro ſingula verba. ¶ 4. elicio notanda.

Primo Quero quid intendat ⁊ quot faciat in hoc capitulo auctor iſte. Ad quod reſpondeo quod intendit per viam negatiuã querere ⁊ inueſtigare primam omnium cauſam incipiendo ab infimis ⁊ imperfectioribus videlicet ſenſibilibus ⁊ materialibus que ſunt ab ipſo deo remotiſſima ⁊ gradatim aſcendendo ſecundũ ꝙ magis deo apropinquant Et diuiditur iſtud capitulum in quinqꝫ partes.

¶ In prima affirmat de ipſa omniũ cauſa quinqꝫ ſupereminenter ibi. (Dicimus igitur quod ⁊c.

¶ In.2. negat de ipſa omnium cauſa ſex que corpori inanimato conueniunt ab intriſeco ⁊ ex natura ſua. ibi (Neqꝫ corpus eſt:)

¶ In. 3. negat ab ipſa omnium cauſa ſex que corpori inanimato cõueniũt ab extrinſeco ibi. (Neqꝫ in loco eſt.)

¶ In.4. abnegat ab omnium cauſa decem que animali ſenſitiuo conueniunt ab intrinſeco ⁊ ex natura ſui ibi (Neqꝫ ſenſibile eſt.)

¶ In.5. negat ab omniũ cauſa duo que animali ſenſibili conueniunt ab extrinſeco ibi (Aut paſſionem aut fluxũ ⁊c.)

Secundo Conſtruo ſic litteram (Dicimus igitur quod omnium cauſa ⁊ exiſtens ſuper omnia) ſcilicet exiſtentia (Neqꝫ ſine ſubſtantia eſt) quia eſt ſuperſubſtantialiter ſubſtantia: (Neqꝫ ſine vita eſt) quia ſuperuitaliter vita (Neqꝫ ſine ratione eſt) quia ſuperrationaliter ratio. (Neqꝫ ſine mente) quia ſupermentaliter mens eſt (Neqꝫ corpus eſt) ſcilicet quantum (Neqꝫ figura) que eſt forma accidentalis immediate conſequens ad corpus quantum (Neqꝫ forma) ſcilicet naturalis ⁊ ſpecifica: que immediate ſequitur ad corpus figuratum (Neqꝫ habet qualitatem) idest accidentia conuenientia tali ſpeciei vel tali forme ſpecifice. (Neqꝫ quantitatem) ſcilicet conuenientem tali forme ſpecifice ſecundũ longitudinem latitudinem ⁊ profunditatẽ (Aut pondus) ideſt Inclinationem ad operationem conuenientem tali forme ſpecifice vel ad locum conuenientem tali nature. Hec enim ſex reperiuntur in corpore naturali inanimato ab intrinſeco ⁊ ex parte ſui: que omnia remouentur a prima omnium cauſa ordinate ſecundum gradus perfectionis aſcendendo. (¶ Neqꝫ in loco eſt) (Neqꝫ videtur) ſcilicet ab humano viſu. (Neqꝫ tactum ſenſibilem habet) ideſt non tangitur ab humano tactu (Neqꝫ ſentitur) videlicet aliis tribus ſenſibus quia nec auditur: nec guſtatur: nec odoratꝰ. Hec ſex reperiuntur vel conueniunt corpori naturali inanimato ab extrinſeco ⁊ ex parte exteriorũ ſcilicet Eſſe in loco: videri: tangi: audiri: guſtari ⁊ odorari q̃ omnia remouentur a prima omniũ cauſa. Et tria iſtorum remouet explicite. Alia tria implicite quando dicit. Neqꝫ ſentitur (Neqꝫ ſenſibile eſt) quia nõ habet animam ſenſitiuam nec organa ſenſitiue. (Neqꝫ) ſupple omniũ cauſa (perturbata a paſſionibus materialibus) ideſt corporalibus (habet inordinationem) ſcilicet carnalis cõcupiſcentie que procedit a vi concupiſcibili (Neqꝫ turbationem) ſcilicet iracundie que procedita vi Iraſcibili. (Neqꝫ) ſupple omnium cauſa (ſubiecta ſenſibilibus caſibus) ideſt infirmitatibus cauſatis ex contrarietate ſenſibilium componentiũ videlicet caliditate: frigiditate: humiditate ⁊ ſiccitate (eſt impotens) ideſt de

pro his vide Thom. lib. p° contra gentiles et gasp. cõtare. in compendio p.ᵃ philosophie

bilis et imbecillis ex egritudine vel infirmitate. (Neq3 eſt indigentia) ideſt priuatio (luminis) vel (Indiga) ideſt indigens (luminis) ideſt non eſt carens lumine per defectionem quinq3 ſenſuum exteriorum: qui ſunt quaſi quinq3 lumina. (Neq3 habet variationem) ideſt alteratione per qualitates primas actiuas videlicet caliditatem et frigiditate3 Uel paſſiuas videlicet Humiditatem et frigiditatem. (Aut corruptionem) que ſcilicet ſequitur ad alterationem magnam et vehemente3. (Aut diuiſionem) ideſt ſeparationem partium que fit per corruptionem vel poſt corruptionem. (Aut priuationem) que ſequitur ad predicta. Nam poſtq3 res eſt corrupta et in ſuas partes componentes diuiſa priuatur omnibus illis quibus ante corruptionem: et diuiſionem participabat Hec decem reperiuntur in natura ſenſitiua ab intrinſeco et ex natura ſuipſius. (Aut paſſionem) ſupple non habet que videlicet ab extrinſeco cauſetur quia non patitur ab aliquo extrinſeco ſicut nec ab intrinſeco. (Aut fluxum) videlicet temporale diſcurſu3 quia non fluit cum tempore vel ſub tempore ſicut iſta ſenſibilia. Iſta duo conueniunt nature ſenſitiue ab extrinſeco videlicet paſſio et fluxus temporalis q̄ remouentur a prima omnium cauſa: (Aut nō h3 aliq̄d aliud ſenſibiliū) ideſt nullam proprietatem vel condicionem ſenſibilium vel ſenſitiuorum habet. (Neq3 eſt aliquid ſenſibile aut ſenſitiuum.)

Tertio Declaro ſingula verba. (Dicimus igitur q̄ omnium cauſa.)

Notandum p̄ q̄ dioniſius in hoc capitulo intendit abnegare ab ipſa omnium cauſa omnia ſenſibilia.

2. Intendit ordinate negare incipiendo ab infimis et imperfectioribus: et magis remotis ab ipſa omnium cauſa et ſic ordinate procedendo ſecundu3 q̄ magis apropinquant prime omniū cauſe. Et ne crederet quis q̄ auctor vellet aſſerer̄ deum ipſum omnino non eē aut nihil eſſe premittit ipſum eſſe ſupereminenter quinq3 videlicet Ens: ſubſtantiam: Uitam: Rationem et Intellectum: Iſta enim ſe habent ordinate ſecundum perfectionem. Nam p̄ eſt ens commune ſubſtantie et accidenti.

2. ſubſtantia perfectior communis ſubſtantie vitali et non vitali.

3. eſt vita vegetatiua et ſenſitiua que ē perfectior non viuentibus.

4. eſt vita rationalis et humana que eſt perfectior ſenſitiua.

5. eſt mens ſiue intellectus angelicus perfectior ipſa anima Dicit ergo (dicimus igitur q̄ omnium cauſa. Et ſuper omnia exiſtens) ſcilicet eſt ymo ſuper exiſtenter exiſtens. (Neq3 ſine ſubſtantia) ideſt non eſt inſubſtantialis: ſed ſit perſubſtantialiter ſubſtantia. (Neq3 ſine vita) ideſt neq3 inuitalis eſt. ſed ſupuitaliter vita (Neq3 ſine ratione) ideſt neq3 irrationalis ſed ſuperrationaliter rationalis. (Neq3 ſine mente) ideſt immentalis ſed ſupermentaliter mens q̄ eſt cauſa omnis eſſentie: omnis ſubſtā tie: omnis vite: omnis rationis et omnis intellectus. In hoc capitulo ſunt plura notanda: quia ſeruatur mirabilis ordo a beato dioniſio:

Pm eſt Dioniſius ordinate procedit in hac abnegatione: Ab ipſo corpore ad corporis formam accidentalem: Ab accidentali ad ſubſtantiale3 ſed non viuā. A non viua ad viuam ſed irrationale3 videlicet ſenſibilem que eſt ſummum ſenſibilium que intendit in hoc capitu-

lo ab ipſo deo abnegare.
C2.eſt Materia pꝛia eſt ab ipſa om=
nium cauſa remotiſſima:quia imperfe
ctiſſima cuȝ ſit prope nihil:tamen quia
in ſe non eſt ſenſibilis ideo hic non abne
gatur cum magis ſit intelligibilis ꝙ̄ ſē
ſibilis vt ſic:niſi dicatur ꝙ implicite ab
negatur in fine capituli cum dicit.Neqȝ
eſt aliquid aliud ſenſibilium.

C.3.eſt Dioniſius in abnegando om=
nia ſenſibilia ab ipſo deo ponit pꝛo con
cretis eoꝛum abſtracta:ſicut ⁊ in ſequē
ti capitulo de intelligibilibus facit: ⁊ i=
deo accipiantur pꝛo eodem Sicut cum
dicit Neqȝ indigentia luminis eſt.

C.4.eſt Dioniſius abnegando ab ip=
ſo deo omnia ſenſibilia: naturam vegi
tatiuam omittit que media eſt inter coꝛ
poꝛea carentia vita :⁊ inter coꝛpoꝛa ſen
ſitiua ⁊ hoc vel ad vitandam pꝛolixita
tem vel quia per extrema ſufficienter =
ab negata intelligitur ⁊ medium eſſe ab
negatum.

C5.eſt Quod coꝛpoꝛa inanimata ſe=
cundum maioꝛem vel minoꝛem perfe=
ctionem ⁊ imperfectionem vel appꝛopi
quant vel diſtant a pꝛima omnium cau
ſa.Et talis eſt oꝛdo.

C p̊ eſt Coꝛpus:quod inꝙ̄tum coꝛpus
intelligitur quantum ⁊ hoc eſt infimuȝ
rerum ſenſibilium : ⁊ diſtantiſſimum
ab ipſo deo.

C.2.Coꝛpus figuratū:quod addit per
fectionem accidentalem ſcilicet figuraȝ
⁊ eſt magis perfectum ⁊ pꝛopinquius
pꝛimo.

C3.Coꝛpus ſpecificatuȝ aliqua foꝛma
naturali ſpecifica:quod addit perfectio
nem quia foꝛmam ſubſtantialem ⁊ ſic
pꝛimo pꝛopinquius.

C.4.Coꝛpus qualificatū accidentibꝰ
ſeu pꝛopꝛietatibus conuenientibus ta=
li ſpeciei:⁊ hoc addit perfectioneȝ tali=
um pꝛopꝛietatum ſeu accidentium ⁊ eſt
perfectius.

C.5.Coꝛpus quantum ꝙ̄titate determi
nata ⁊ perfecta conueniente tali ſpeciei
ſecundum longitudinem latitudinem ⁊
pꝛofunditatem.

C.6.Coꝛpus inclinatum ad pꝛopꝛiam
perfectionem vel operationem vel ad
pꝛopꝛium locum :⁊ hoc addit aliquam
perfectionem :⁊ apꝛopinquationem ad
pꝛimum . Et hoc vltimum intelligitur
quando dicitur Aut pondus habet id=
eſt inclinationem ad pꝛopꝛium opus vel
ad pꝛopꝛium locum.C Talis eſt igitur
oꝛdo coꝛpoꝛis inanimati ſecunduȝ per
fectionis gradus ad ipſum optimum ⁊
pꝛimum A quo omnia negantur cuȝ di
citur . Neqȝ coꝛpus eſt neqȝ figura ⁊c.
Et ſunt ſex que conueniunt coꝛpoꝛi ina
nimato ab intrinſeco ⁊ ex parte ſui ſe=
cundum receſſum ab imperfectiſſimo
⁊ acceſſum ad perfectiſſimuȝ ⁊ pꝛimūȝ

C.6.eſt:Coꝛpus inanimatuȝ ex parte ex
terioꝛum ſenſibilium habet alia ſex ſi=
bi conuenientia videlicet Eſſe in loco.
Ad quod ſequitur videri.Tangi: Gu=
ſtari.Odoꝛari:⁊ Audiri:que omnia ab
negantur a pꝛima omnium cauſa Cum
dicitur.(Neqȝ in loco eſt.Neqȝ videtur
Neqȝ ſentitur.)

C7.eſt:Coꝛpus ſenſitiuū vltra coꝛpus i
aīatuȝ hēt.12. cōditiōes pticulares que
ſibi conueniūt ab intrinſeco ⁊ ſm gra=
dus pfectionis oꝛdinate.

C p̊ habet animam ſenſitiuam
C2.cōcupiſcibileȝ ad appetēdū ꝓficua
C.3.iraſcibilem ad fugiendū nociua
C4.inoꝛdinationem delectationis a cō=
cupiſcibili.
C5.pturbationē rationis ab iraſcibili
C6.egꝛotationem ⁊ infirmitatem
C7.Impotentiam ⁊ debilitatem ab in
firmitate.

¶.8. Indigentiam luminis ideſt priua⸗
tionem ſenſuum.
¶.9. Alterationez quo ad qualitates pri
mas ⁊ ſecundas.
¶10. Corruptionem quo ad ſubſtantiaȝ
tertiam.
¶11. partitionem: ⁊ diuiſionem quo ad
partes.
¶.12. priuationem quo ad prius habita
⁊ participata. Et hec omnia ordiate po
nuntur in littera ⁊ abnegantur a prima
omnium cauſa cum dicitur. (Neqȝ ſen
ſibile eſt) ⁊c̃.
¶ Si quis autem diceret ꝙ iſta corpori
ſenſitiuo non addunt aliquam meliora
tionem nec approximationem ad opti⸗
mum. Reſpondet lynconienſis Quod
ſi predicta acciderent corpori ſenſitiuo
preter naturam: verum eſſet Sed qr
⁊ accidunt ſecundum naturam corpo⸗
ris ſenſitiui. Et omne quod eſt ſecun⸗
dum naturam bonuȝ eſt: propterea ad
uenientia dicto corpori ſecundum dictũ
ordinem addunt meliorationeȝ ⁊ ap p
ximationem ad optimum. Et ideo ordi
nate ab eo negantur.
¶ 8. eſt Corpus ſenſitiuum habet ab ex
trinſecis ſenſibilibus paſſionem: licet e
nim omnes predictas paſſiones habe⸗
re poſſit a ſuis principiis intrinſecis: ta
men poteſt etiam habere ab extrinſe⸗
cis corrumpentibus. Et vltra illas ali
as paſſiones puta impulſionem: attra⸗
ctionem: mortem violentam. ¶ Pre⸗
terea habet a tempore fluxum tempo⸗
ralem: quia enim omne ſenſibile ſubia
cet primo mobili ⁊ conſequenter tem⸗
pori labenti neceſſario fluit cum ipſo
tempore quod omnia ſecum rapit. Hec
duo remouentur a prima omnium cau
ſa cum dicitur in littera. (Aut paſſionẽ
Aut fluxum.)
¶ 9. eſt Quia doctor pretermiſit natu
ram vegetatiuam que eſt media inter
corpora penitus carentia vita ⁊ corpora
ſenſitiua poſſumus dicere ꝙ per extre
ma dedit intelligere ⁊ medium. ¶ Et
quia forte alique alie paſſiones que hic
non numerantur ſenſibilibus conueni
unt: ad perfectam abnegationem omni
um ſenſibilium a deo: concludit ipſum
primum ſiue ipſum deum vel primam
omnium cauſam: nec eſſe aliquid aliud
ſenſibilium a prenumeratis. Nec habe
re aliquam aliam paſſionem vel condi
cionem ipſorum ſenſibilium a predic⸗
tis: cum dicit. (Aut aliquid aliud ſen⸗
ſibilium: neqȝ habet: neqȝ eſt.)
¶ 10. eſt Quod Dioniſius appellat de
um auctorem omnium tam ſenſibili⸗
um quam intelligibilium ⁊ vocat ipſuȝ
eſſe cauſam ſupereminenter: ⁊ ab ipſa
abnegat omnia: Nam cetere cauſe que
non habent iſtam ſupereminentiam: nõ
nullam cum ſuis effectibus proportio⸗
nem habent: quoniam ⁊ cauſe ⁊ effec⸗
tus ſub eodem vniuerſali rerum prin⸗
cipio continentur Sicut ſol cum ſuis ef
fectibus proportionem habet. Cauſa
autem omnium prima nulla cuȝ aliquo
effectu proportione conuenit: ymo pro
ſua abſoluta infinitate diſtat. Cum igi
tur cauſa prima per ſupereminentiam
ſingularem omnia cauſet tam ſenſi⸗
bilia quam intelligibilia: merito ni⸗
hil eſt horum: quando nec vllam pro⸗
portionem habet ad illa Et ideo me⸗
rito omnia abnegant̃ ab ipſa.
¶ 11. eſt Quod In iſto paruo capitu⸗
lo ſunt puncta triginta: ⁊ vnum or⸗
dinate collocata. ¶ Nam quinqȝ affir
mantur de ipſa prima omnium cauſa
ordinate incipiendo ab imperfectiori⸗
⁊ ad perfectiora aſcendendo ⁊ ſunt iſta
videlicet Ens ſiue exiſtens: Subſtan⸗
tia: Uita: Ratio: ⁊ Mens.

¶ Poſtmodum ſunt ſex conuenientia corpori ab intrinſeco. videlicet Corpus figura: ſpecies: qualitas: quantitas: ⁊ pondus: que omnia abnegantur a deo. ¶ Et ſex que conueniunt ab extrinſeco videlicet Locus: viſus: tactus: guſtꝰ: auditus: ⁊ odoratus: que omnia remouentur ab ipſa omniū cauſa. ¶ Poſt hec ſunt duodecim conuenientia corpori ſenſitiuo ſiue animali ſenſibili ab intrinſeco videlicet Anima ſenſitiua: Cōcupiſcibilis: Iraſcibilis. Delectatio: perturbatio: Infirmitas: Debilitatio: Defectio ſenſuum: Alteratio: Corruptio: Diuiſio ſeu ſeparatio partium. Et priuatio vite ⁊ prius habitorum Et hec omnia abnegantur a prima cauſa. ¶ Poſt hec duo cōueniunt corpori ſenſitiuo ab extrinſeco ſcilicet paſſio ⁊ fluxus temporalis: que etiam ab ipſa omnium cauſa abnegantur. ¶ Et ſic iſta ſcala ab negationis habet in integrum viginti ⁊ ſex gradus incipiendo ab ipſo corpore ⁊ aſcendendo vſqꝫ ad fluxum tpalē.

¶ .12. eſt Scala aſcendendi ad ipſā omnium cauſam ⁊ ad caliginem ſuper lucentem contemplationis: incipit ab iſto gradu ſcilicet ab Abnegatione ſenſibilium: ⁊ ideo qui cupit ad ipſam aſcendere debet ante omnia de corde ſuo abnegare vilipendere ⁊ contemnere omnia corporalia et ſenſibilia que corruptioni ſubiacent ⁊ mutabilitati. Alias audiat veritatem dicentem mat.6. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mamone. ¶ Et hec eſt cauſa quare tam rari in montem contemplationis aſcendunt: quia cum iſtis ſenſibilibus alligantur. Et ideo dirrumpamus cum pſalmiſta vincula eorum Et dicamus cum beato dioniſio noſtro. Deus non eſt terra Deus non eſt aqua Deus non eſt aurum. Deus non eſt argentum.

Quarto Ex iſto dioniſij textu concluſiones notabiles ⁊ ſingulares elicio.

¶ Pria concluſio. Nullus debet inordinate diligere corpus ſuum: nec curam aut ſollicitudinem immoderatam circa carnem ſuam nutriendā adhibere: qꝛ corpus noſtrum non eſt deus vnde dicit Dioniſius (Omnium cauſa ⁊ ſuper omnia exiſtens; Neqꝫ corpus eſt)' ¶ Hanc concluſionem ponit paulus dicens ad Ro.13. Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. ¶ Sed plurimi: qui ſecundum carnē ſunt: que carnis ſunt ſapiunt ad Ro. 8. que carnis ſunt querunt: diligunt immoderate procurāt Quorū damnatio eſt manifeſta dicente paulo ad Ro.8. Ergo fratres debitores ſumus: non carni vt ſecundum carnem viuamus: Si enim ſecundum carnem vixeritis moriemini.

¶ 2. Nullus figuras aut picturas aut corporum lineamenta inordinate diligere debet: nec curam aut ſollicitudinē in talibus procurandis adhibere: quia huiuſmodi figure non ſunt deus vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neqꝫ figura eſt) ¶ Hanc concluſionem ponit ſapiens dicens Sap.15. Non enim in errorem induxit nos hominum male artis excogitatio: nec vmbra picture: effigies ſculpta per varios colores: cuius aſpectus dat inſenſato concupiſcentiam: ⁊ diligit mortue imaginis effigiem ſine anima Et loquitur de diligentibus figuras ⁊ picturas ydolorum Et tales ſunt multi qui in picturis curioſis ⁊ figuris inaniter delectantur. Quibus dici poteſt illud ps. 4. Filij hominum vſqꝫ quo graui corde vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mendacium.

¶ 3. Nullus corporalem pulcritudinē aut formam inordinate diligere debet:

nec curam aut ſollicitudinem in huiuſmodi pulcritudine procuranda vel minimam adhibere: quia forma et pulcritudo nō eſt deus vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neqꝫ forma eſt.) ¶ Hanc concluſionem ponit ſalomon dicens .p uer. 31. Fallax gratia et vana pulcritudo et ideo non querenda nec deſideranda. ¶ Sed plurimi iſtam formam et corporalem pulcritudinem inordinate diligunt: et pluſqꝫ deum venerantur et colunt et ideo mala morte moriuntur: vnde propter iſtum inordinatum amorem pulcritudinis corporalis genus humanum a principio in diluuio periit Gen. 6. Uidentes filii dei filias hominū qꝫ eēnt pulcre acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerāt. Dixitqꝫ deus Non permanebit ſpiritus meus in homine in eternum quia caro eſt. Eruntqꝫ anni illius centum viginti annorum: et ideo ſcribitur Eccl. 9. Speciem mulieris alienȩ multi admirati reprobi facti ſunt. Heu quot pereunt: quot reprobantur: quot a deo alieni facti ſunt propter pulcritudinem corporalem.

¶ 4. Nullus colorum varietatem aut pulcritudinem inordinate diligere debet: nec curam aut ſollicitudinem aliquam in huiuſmodi procurandis adhibere: quia deus nec color eſt neqꝫ colorem habet: vnde dicit Dioni. (Omnium cauſa neqꝫ qualitatem habet neqꝫ qualitas eſt.) ¶ Hanc concluſionem ponit petrus apoſtolus dicens .j. petri. 3. Mulierum non ſit extrinſecus capillatura aut circundatio auri: aut indumenti veſtimentorum cultus. ¶ Sed plurimi colorum pulcritudinem: et varietatem multipliciter procurant tum in corporibus ſuis: tum in veſtibus: tum in edificijs et huiuſmodi: et pluſqꝫ deum diligunt: venerantur: et colunt et tandem mala morte moriuntur. Unde et Jezabel que depinxit oculos ſuos ſtibio ad augumentandum colorem in facie ſua precipitata eſt de feneſtra. 4. Re. 9. Et diues epulo qui delectabatur colore purpureo et byſſino in veſtimentis ſepultus eſt in inferno Luc. 16. Et idolatre qui delectabantur in ydolis multiformiter colloratis interierunt: de quibus ſcribitur Sap. 13. Aut artifex faber de ſilua lignū rectum ſecuerit: et aſſimilet illud ymagini hominis: perliniens rubrica: et rubicundum faciens fuco colorem illius et omnem maculam que in illo eſt perliniens. Heu quot inordinate delectant: quot inordinate diligunt colorum varietatem et pulcritudinem. Quibus dicendum eſt Deus neqꝫ qualitatem habet neqꝫ qualitas eſt.

¶ 5. Nullus debet corporis magnitudinem inordinate diligere: aut curam ſollicitudine vel aliqua eam procurare: nec de tali magnitudine inaniter gaudere: quia deus nec quantitatem habet neqꝫ quantitas eſt: nec de tali magnitudine delectatur vnde dicit Dioni. (Omnium cauſa neqꝫ quantitatem habet neqꝫ quantitas eſt.) ¶ Hanc concluſionem ponit propheta dicens in ps. 146. Nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. ¶ Sed plurimi ſunt qui corporis ſui paruitatem abhorrēt et deteſtātur. Plurimi vero qui corporis ſui vel longitudinem vel magnitudinem inordinate diligunt et pluſqꝫ deum venerantur et colunt: de ipſa ſuperbiunt: inaniter gl'iantur: ceteros paruipendunt. Et ideo male moriunt. Tales fuerunt gigantes qui in diluuio perierunt de quibus dr̄ Gē. 6. Gigantes āt erant ſup terrā in dieb' illis. ¶ Unde ſcribit Baruch. 3. Ibi fuerūt gigātes noīati illi qui ab initio fuerūt ſtatura magna ſciētes bellū: nō hos elegit dñs: ne

qꝫ viā diſcipline iuenerūt: ꝓpea pierūt:
Et q̄m nō habuerunt ſapiaꝫ interierūt
ꝓp ſuam inſipientiam.

¶ 6. Nullus naturalē: ⁊ viciosam cor
poris ſui inclinationeꝫ ſequi debet: nec
eā diligere vel adimplere: qꝛ ibi non eſt
deus: nec deus habet talē inclinationeꝫ
nec eſt talis inclinatio nec talem diligit
inclinationem Unde dicit Dioniſius.
(Oium cā neqꝫ pondus habet neqꝫ
pondus eſt). ideſt neqꝫ inclinationem
naturalem habet neqꝫ inclinatio na-
turalis eſt. ¶ Hanc concluſionem po
nit Moiſes dicens Gen. 6. Uidens
autem deus ꝙ multa malicia homi-
num eſſet in terra: ⁊ cuncta cogitatio
cordis intenta eſſet ad malum omni
tempore penituit eum ꝙ hominem fe-
ciſſet in terra. ¶ Sꝫ plurimi talē iclina
tionē venerant̄ ⁊ colunt ⁊ eā totis viri
bus inſequunt̄: cupientes adimplere ⁊
faciare inclinationes naturales: ⁊ iordi
nata deſideria q̄ ex ſuggeſtiōe carnis o
riunt̄: ⁊ tales facti ſūt ſic irrōnabilia aīa
lia q̄ corporis ſenſuꝫ oīo ſequūtur: vnde
indigent freno ſicut equus ⁊ mul⁹: Cō
tra tales clamat ꝓpheta in ps. 31. dicēs.
Nolite fieri ſicut equus ⁊ mullus: qui
bus nō eſt itellectus: In chamo ⁊ freno
maxillas eoꝝ ꝯſtringe qui nō ap ꝓximāt
ad te. ¶ Tales mala morte moriūt̄: ſicͭ
pꝫ in illis hoibus qui fuerūt tpe Noe q̄
inclinationes naturales ad malū ſeque
bant̄ ⁊ in diluuio ſubmerſi ſunt De qui
bus dr̄ Gen. 6. Cumqꝫ vidiſſet de⁹ ter
rā eē corruptā: Oīs quippe caro corru
pat viā ſup terrā: dixit ad Noe: Finis
vniuerſe carnis vēit corā me. Repleta
ē terra iniquitate a facie eorū: ⁊ ego di
ſperdā eos cū terra. Heu quot percūt:
quot naufragant̄ ꝓpter ſequellā incli-
nationū ⁊ paſſionū naturaliū.

¶ 7. Nullus quicquid i loco circūſcri-
bit̄ aut cōtinet̄ imoderate appetere: dili
gere vel querere debet: nec in eo imode
rate delectari. Quia nihil tale eſt de⁹ cū
deus ipſe nō ſit in loco: vnde dicit Dio.
(Oium cā neqꝫ in loco eſt.) ¶ Hanc
concluſionē ponit Salomon dicens. 2.
Parali. 6. Ergo ne credibile ē vt habi
tet deus cū hoibus ſup terrā Si celū ⁊
celi celoꝝ te nō capiūt: q̄to magis dom⁹
iſta quā edificaui. ¶ Sꝫ plurimi que-
rūt loca ſpecialia: ⁊ digniora q̄ſi loc⁹ ſit
deus: Plurimi etiā ea querūt q̄ i locis
ſpecialibus concludunt̄ quaſi ea que lo
co continēt̄ur deus ſint. Sed tales ma-
le cōſumant̄. De querentibus ⁊ iordia
te diligētibus loca digniora pꝫ in phari
ſeis Qui amabāt priores recubit⁹ i mē
ſa ⁊ primas cathedras i ſynagoga quib⁹
ꝓnūciatū ē a xp̄o ve eterne maledictiōis
mat. 23. De querētib⁹ ea q̄ in locis ſpe-
cialib⁹ cōtinent̄ pꝫ in filijs iſrael: Qui i
ordiate diligētes cucumeres ⁊ pepōes:
porros cepe ⁊ allea que naſcebant̄ i egi
pto mortui ſunt i deſerto i ſepulcris cō
cupiſcētie Nūi. 11.

¶ 8. Nullus inordinate videre debet vi
ſibilia pulcra ⁊ curioſa: nec in talium aſ
pectu inordiate delectari: quia nihil qđ
videtur deus eſt: Unde dicit Dioniſius.
(Omni uꝫ cauſa neqꝫ videtur.) ¶ Hāc
concluſionem ponit ſapiens Eccī. 9. di
cens. Uirginem ne conſpicias ne forte
ſcandalizeris in decore illius. ¶ Sed
plurimi i curioſo: quin ymo ⁊ in impu
dico aſpectu pulcrorum viſibilium: mo
re beſtiarum effrenantur. Quorum ru
ina eſt manifeſta. Exemplum habetur
in Dina filia Jacob: que egreſſa vt cu-
rioſe videret mulieres regionis illi-
us violata fuit: ⁊ perdidit virginita-
tem. Gen. 34. Heu Heu quot pe-
reunt: quot moriuntur: quot a dia-
bolo violantur: quot inermis puritateꝫ

quot corporis perdunt integritatem: ꝑ
pter curioſum intuitum viroꝝ ⁊ mu
lierum vnde clamat ſapiens Ecci.9. A
uerte faciem tuam a muliere compta: ⁊
ne circumſpicias ſpeciem alienā: Pro
pter ſpeciē mulieris multi pierunt.

¶9. Nullus appetere vel querere de
bet inhoneſtos tactus: nec in talibus de
lectari: quia quicquid tangi poteſt deus
non eſt: vnde dicit Dio. (Omnium cau
ſa neq; tactum ſenſibilem habet).

¶ Hanc concluſionem ponit paulus a
poſtolus dicens .j.Cor.7. Bonum eſt
homini mulierem non tangere. ¶ Sed
plurimi ſenſum tactus pluſꝙ deum ve
nerantur ⁊ colunt: ⁊ in ipſius tactus de
lectatione beſtialiter ⁊ enormiter effre
nantur: Quorum damnatio eſt mani
feſta dicente veritate mat.18. Si man⁹
tua ſcandalizat te abſcide eam ⁊ proii
ce abs te. Bonum eſt tibi ad vitam in
gredi debilem vel claudū: ꝙ duas ma
nus habentem mitti in ignem eternum
O deus benedicte: quot aceruatī labū
tur in interitum: precipitantur in infer
num: propter abuſum manuum: ⁊ pro
pter tactus impudicos vnō merito ſcri
bitur Ecci.13. Qui tetigerit picē inqui
nabitur ab ea.

¶10. Nullus debet inordinate audi
re laſciuas aut inhoneſtas melodias:
nec laſciua aut inhoneſta vel maledica
verba: nec in talium auditu inordinate
delectari: quia quicquid audiri poteſt d
us non eſt: vnde dicit dioni. (Omnium
cauſa neq; ſentitur) ideſt neq; auditur

¶ Hanc concluſionem de cuſtodia au
rium ponit ſapiens. Ecci.28. dicens Se
pi aures tuas ſpinis ⁊ linguam neq̄ no
li audire. ⁊ ori tuo facito ſtateras: ⁊ ſe
ras auribus tuis. ¶ Sed plurimi i hu
iuſmodi laſciuo auditu inordinate re
ſoluūtur: quorum damnatio eſt mani
feſta. Unde de talibus ſcribitur Iob.
21. Tenent timpanum ⁊ citharam ⁊ ga
udent ad ſonitū organi: Ducunt in bo
nis dies ſuos: ⁊ in puncto ad inferna de
ſcendunt.

¶11. Nullus inordinate querere aut
deligere debet delicata guſtabilia: ſua
uiaq; cibaria: nec in eiſdem immodera
te delectari: quia quicquid guſtatur de
us non eſt: vnde dicit Dioni. (Omniū
cauſa neq; ſentitur) ideſt non guſtatur
nec percipitur guſtu. ¶ Hanc concluſio
nem ponit ſapiens dicens Ecci.37. No
li auidus eſſe in omni epulatione: ⁊ non
te effundas ſuper omnem eſcā. ¶ Sꝫ
plurimi ventrem ⁊ gulam pluſꝙ deū
diligūt: plus recolunt: diligentius ⁊ fre
quentius venerantur: quorum damna
tio ⁊ ſempiterna confuſſio eſt manife
ſta dicente paulo apoſtolo ad Phil.3.
Multi ambulant quos ſepe dicebam
vobis: nunc autem ⁊ flens dico inimi
cos crucis chriſti: quorum finis interi
tus: quorum deus venter eſt ⁊ gloria i
confuſſione eorum qui terrena ſapiunt
Exemplum filij Iſrael inordinate con
cupiſcentes carnes mortui ſunt in deſer
to in ſepulcris cōcupiſcētie Nu.11. Uñ
⁊ Ecci.37. ſcribitur. Propter crapulā
multi perierunt.

¶12. Nullus inordinate diligere vel
querere debet odorabilium ſuauitatē
nec in odoramentorum ſuauitate inani
ter delectari: quia quicquid odoratur
deus non eſt vnde dicit Dio. (Omniū
cauſa neq; ſentitur) ideſt non odoratur

¶ Hanc concluſionem ponit Moiſes di
cens Exo.30. Homo quicūq; fecerit ſi
mile ſcilicet thimiama vt odore illius ꝑ
fruatur: peribit de populis ſuis. ¶ Sꝫ
plurimi in huiuſmodi odorabiliū ſua
uitate effrenantur: ⁊ nedum mulieres
ſed etiam viri: ⁊ hec ad explendam ex
periendamq;

petiendaʒqʒ ſenſualem delectationem, quia vt ſcribitur Prouer.27. Unguen to ⁊ variis odoribus delectatur cor. ſʒ talium pena ⁊ damnatio eſt manifeſta in filiabus ſion:que in penam ſenſuali‑um odoramentorum ducte fuerunt ad fetoreʒ captiuitatis babilonice. De qui bus dicit dominus Eſa. 3. Pro eo ꝙ eleuate ſunt filie ſion ⁊ ambulauerunt extento collo. Erit pro ſuaui odore fe‑tor ⁊ pro zona funiculus ⁊ pro criſpan ti crine caluicium ⁊ pro faſcia pectora‑li cilicum.

C 13. Nullus debet vicioſam ſenſuū inclinationem ſequi: nec in ſentiendo ſenſibilia inordiate delectari:quia quic quid ſentitur deus non eſt; vnde dicit Dio.(Omnium cauſa neqꝫ ſenſibile eſt)ideſt nec habet animam ſenſitiuam nec eſt anima ſenſitiua:nec aliquid aliō ſenſibilium. C Hanc concluſionem po nit paulus apoſtolus dicens:ad Gal. 5. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis ideſt ſenſus nō perficietis. C Sed plu rimi contemnentes ſpiritum in viā ſen ſuum dilabuntur:querentes ⁊ inordi‑nate diligentes quicquid ſenſualitas ſu gerit. Sed taliuʒ ruina eſt manifeſta di cente paulo ad Ro.7. Uideo aliam le‑gem in membris meis ideſt in ſenſib⁹ meis repugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuantem me in lege peccati que eſt in mēbris meis. Heu Heu quot quot in peccati lege captiuantur propter ſen‑ſualem ⁊ beſtialem ſenſuum ſequellaʒ quibus dicendum eſt(Omniuʒ cauſa neqꝫ ſenſibile eſt.)

C 14: Nullus vim concupiſcibileʒ ſe qui debet: inordinatas delectationes: quas appetit:procurando:aut in eis be ſtialiter delectando:quia deus tales cō cupiſcentias ⁊ delectationes carnales a vi concupiſcibili procedentes non ha‑bet.vnde dicit Dio.(Omniuʒ cauſa ne qꝫ inordinationem habet)ſcilicet carna lis delectationis vel carnalis concupi‑ſcentie que a vi concupiſcibili ꝓcedit. C Hanc concluſionē ponit apl'us dicēſ ad Ro.13. Nō ī cōmeſſatiōib⁹ ⁊ ebrieta tibus:non in cubilibus ⁊ impudiciciis: ſed induimini dominum ieſum chriſtū ⁊ carnis curam ne feceritis in deſide‑riis. C Sed plurimi vim concupiſcibi lem more beſtiaruʒ conſequuntur que rētes per phas ⁊ nephas delectationes nedum carnales:ſed beſtialis:ſed por‑cinas:quorum damnatio eſt manifeſta Exemplum pʒ in Salomone:qui nō ꝓ hibuit cor ſuum: quin omni voluptate frueretur Ecce.2. Et ideo ſeductuʒ eſt cor eius a mulieribus: ⁊ declinauit ad ydolatriam ⁊ vt multi tenent damna‑tus eſt.3.Re.11. Unde paulus ad Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnis:que ſunt fornicatio:immundicia:impudicitia: lu xuria ⁊ his ſimilia:que predico vobis ſicut ⁊ predixi:quoniam qui talia agūt regnum dei non conſequent.

C 15. Nullus vim iraſcibilem ſequi d bet:iracunde ⁊ furioſe iniurias irrogā do:vel vindictam effrenato animo ex‑petendo: vel in vindicta irrogata inani ter gloriando ⁊ delectando: quia deus talem perturbationem ab iraſcibili pro cedentem non habet nec in tali iracun‑die perturbatione delectatur: vnde di‑cit Dio.(Omnium cauſa neqꝫ turbatio nem habet a paſſionibus materialibus perturbata.) C Hanc concluſioneʒ po nit propheta dicens in ps.36. Deſine ab ira ⁊ derelinque furorem:noli emulari vt maligneris. C Sed plurimi vim iraſci bilem beſtialiter proſecuntur:iracūdia ⁊ furore inſurgētes in proximos ſuos ⁊ vindictam de offenſis effrenate per‑optantes:⁊ in mortem proximoruʒ ma

ebinantes: Quorum damnatio eſt ma
nifeſta ¶ Exemplum patet in Chaim
qui iracundia motus occidit fratrē ſu
um Abel ſed ꝛ ipſe poſtmoduꝫ occiſus
fuit a Lamech. Gen. 4. Exemplū ē et
clarū i Saul qui iratus i mortē David
multipliciter machiatus ē ſic p3.j. Re. 18.
ſ3 ꝛ poſtmodū ipemet Saul ſemetipꝫ
occidit. j. Re. 31. Heu heu totus nūc mū
dus hāc vim iraſcibilē venerat̄: colit: ꝛ
ſequit̄: cum ira: furore: iracūdia vindi
ctā expetēdo. S3 cōtra tales clamat ſa
piēs Ecci. 27. Ira ꝛ furor vtraq3 exe
crabilia ſunt: ꝛ vir peccator continens e
rit illorū. Qui vindicari vult a dn̄o inue
niet vindictam: ꝛ peccata illius ſeruans
ſeruabit.

¶ 16. Nullus d3 ſpūales ꝛ vicioſas
paſſiones i corde ſuo admittere: nec eas
ſequi nec in eis crimialiter delectari: q2
deus tales paſſiones non hēt: nec in eis
delectat̄: nec aliqua talis paſſio deus ē.
vn̄ dicit Dio. (Oium cauſa neq3 paſſio
nē het: neq3 paſſio ē). ¶ Hāc cōcluſio
nē pōit paulus aplus dicēs ad Ephe. 5
Ois amaritudo ꝛ ira ꝛ idignatio ꝛ cla
mor ꝛ blaſfemia tollat̄ a vobis: cū oī ma
licia. ¶ S3 plurimi ſpūales paſſiones
venerant̄: colūt: adorant ꝛ itimis cordis
deſideriis proſecunt̄ ꝛ adiplere conant̄
Quorū dānatio eſt māifeſta De quib9
dicit paulus ad Ro. j. Tradidit illos d
us i reprobū ſenſum vt faciāt ea q̄ non
cōueniūt: repletos oī iniquitate: malicia
fornicatione: auaritia: nequitia: plenos i
uidia: hōicidijs: cōtentiōe: dolo: maligni
tate. Suſurrones: detractores: deo odi
biles: cōtūelioſos: ſuperbos: elatos: iuēto
res malorū. parētib9 nō obediētes: iſipi
ētes: icōpoſitos. Sine affectiōe: abſq3 fe
dere: ſine miſericordia. Qui cū dei iuſti
tiā cognouiſſent: nō itellexerūt: qm̄ qui
talia agūt digni ſunt morte: nō ſolū qui

ea faciunt: ſed etiam qui conſentiunt fa
cientibus.

¶ 17. Nullus inordinate diligere d3 tē
poralia bona: q̄ cū tpe fluūt: nec in eis i
moderate delectari: q2 deus nō hēt ta
lē tēporalē fluxū: nec eſt talis temporis
fluxus vn̄ dicit Dio. (Oiū cauſa neq3
fluxū hēt: neq3 eſt). i. non fluit cum tem
pore ſicut faciunt tēporalia ꝛ corporalia
bona. ¶ Hanc cōcluſionē pōit Ioānes
aplus dicēs. j. Io. 2. Nolite diligere mun
dū neq3 ea q̄ i mūdo ſunt: qm̄ mundus
trāſit ꝛ cōcupiſcētia eius: qui aūt facit vo
luntatē dei māet ineternū. ¶ S3 pluri
mi tpalia bona cū tpe fluētia cordialit̄
diligunt: venerant̄: colunt ꝛ q̄ſi deū ado
rant: ꝛ p pbas ꝛ nepbas cumulare cōtē
dunt. Quorū dānatio eſt manifeſta
Exēplū ē clarū Luc. 12. In illo diuite q̄
horrea ampliare cogitabat ad cōgregā
dū bōa ſua ꝛ morte ſubitanea pūctus
eſt. Et iō clamat paulus. j. ad thimo. 6.
Qui volūt diuites fieri icidūt i tēptatio
nē ꝛ i laqueū diaboli: ꝛ dſideria multa
inutilia: ꝛ nociua: q̄ mergūt hoīes i iteri
tum ꝛ perditionem.

¶ 18. Nullus inordinate diligere aut
venerari debet aliquod creatum ſenſi
bile prout ſunt Sol: luna: ſtelle: ignis
aut aliquod aliud ſenſibile: nec in eis in
ordinate delectari: quia deus nō eſt ali
quod creatum ſenſibile: nec in ſe habet
aliquod ſenſibilium Unde dicit Dion.
(Omnium cauſa Aliquid aliud ſenſibi
lium neq3 habet neq3 eſt.) ¶ Hanc con
cluſioneꝫ ponit Moiſes dicens Deute
ro. 4. Non vidiſtis aliquam ſimilitu
dinē in die qua locutus eſt vobis deus
in oreb de medio ignis: Ne forte dece
pti faciatis vobis ſculptam ſimilitudi
nem aut ymaginem maſculi vel femine
ſimilitudinem omnium iumentorum
que ſunt ſuper terram: yel auiuꝫ ſub ce

lo volantium:atq3 reptilium que moue
tur in terra:ſiue piſcium que ſub terra
morantur in aquis Ne forte eleuatis o
culis ad celum videas ſolem τ lunam τ
omnia aſtra celi τ errore deceptus ado
res ea τ colas. ¶ Sed plurimi colunt
venerantur τ pluſq3 deum diligunt τ a
dorant viros: mulieres: filios τ filias:
Solem:lunam:ſtellas:eis reuerentiam
exhibentes τ ſuperſtitioſe colentes. Quo
rum ſtultitia τ damnatio eſt manifeſta
dicente ſapiente Sap.13. Vani ſunt om
nes homines in quibus non ſubeſt ſcie
tia dei: τ de his que videntur bona non
potuerunt intelligere eum qui eſt τc. vi
de ibi.

¶ 19. Nullus inordiate formidare d
bet corporales infirmitates nec de ipſis
imoderate triſtari ſed potius gaudere:
q2 deus talibus īfirmitatibus nō ē ſub
iectus: imo ſubiectos a talibus liberat.
vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neq3
ſenſibilibus ſubiecta eſt caſib9: vel ſyn
tomatibus prout dicit alia tranſlatio.)
¶ Hanc concluſionē ponit paulus apo
ſtolus dicens.2.ad.Cor.12. Libēter igi
tur gloriabor in infirmitatibus meis vt
inhabitet in me virtus chriſti. ¶ Ab
his enim infirmitatibus mirabiliter li
berat nos deus τ in vita preſenti: ſicut
patet in Ezechia egrotante vſq3 ad mor
tem: quem deus mirabiliter liberauit τ
ſignū illud mirabile oſtendit: q Sol re
uerſus eſt decem lineis p gradus quos
deſcenderat Eſa.38. Et mirabilius in
vita futura in qua erit ſanitas pfecta: τ
omnium infirmitatum ſempiterna re-
motio. Eſa.60. Non audietur vltra ini
quitas in terra tua: vaſtitas τ contritio
in terminis tuis: τ occupabit ſalus mu
ros tuos. Et ideo de infirmitatibus nō
eſt dolendum: ſed patienter tollerande
τ de his deo laudes τ gratie referen-
de dicente propheta in ps.102. Bndic a
nima mea dño τ noli obliuiſci oēs retri
butiones eius: Qui ppiciatur oībus i
niquitatibus tuis: qui ſanat omnes in-
firmitates tuas.

¶ 20. Nullus expaueſcere dz corporiſ
debilitatē: nec de eadē vel minimū con
triſtari ſz potius gaudere τ gloriari q2
deus talē debilitatē nō patit: ymo pati
ētes liberat vñ dic Dio. (Diuq3 cā neq3
impotēs eſt).i.nō ē dbilis nec dbilitatē
patitur. ¶ Hanc concluſiones ponit pa
ulus apoſtolus dicens.j.Cor.4. Nos
ſtulti propter chriſtum vos autem pru
dentes in chriſto. Nos infirmi vos aūt
fortes: vos nobiles: nos aūt ignobiles.
¶ Nos debiles deus vocat ad eternum
regnum ſicut patet Luc.12. Ubi ſcri
bitur Tunc iratus pater familias di-
xit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas τ vi
cos ciuitatis: τ pauperes ac debiles
introduc huc. ¶ Nos debiles de-
us in alia vita fortiſſimos reddet Un-
de clamat dicens Eſa.60. Minimus
erit in mille: τ paruulus in gentem for-
tiſſimam. Et ideo paulus de hac de-
bilitate gaudebat dicens.2.ad Cor.
12. Placeo mihi in infirmitatibus me-
is: Cum enim infirmor tunc potens
ſum.

¶.21. Nullus abhorrere debet
exteriorum ſenſuum priuationem: pu-
ta cecitatem: ſurditatem: mutitatem
τ huiuſmodi: nec de his immodera-
te contriſtari: ſed potius gaudere: τ
gloriari: quia nec talis ſenſuum priua
tio ipſe deus eſt: nec talem priuatio-
nem patitur: ymo talia patientes libe
rat: Unde dicit Dioniſius. (Omni-
um cauſa neq3 indigentia eſt lumi-
nis vel indiga luminis prout dicit alia
littera).i.pria omniū cā nec eſt exterior
ſenſuū priuatio: nec patitur defectū ſen

ſuum exteriorum: qui in ſua operatio/ne corporali indigent lumine. ¶ Hanc concluſionem ponit ſaluator dicens mat. 18. Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum et proiice abs te. Bonum eſt tibi vnum oculum habentem in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ¶ Hos ſenſibus priuatos deus mirabiliter ſanat in hac vita: ſicut in euangelica hyſtoria patet: de cecis: ſurdis et mutis ab infirmitatibus liberatis mat. 20. Luc. 18. et mar. 7. ¶ Tales ſenſibus priuatos deus vocat ad regnum vnde ſcribitur Luc. 12. ¶ Exi cito in plateas et vicos ciuitatis et pauperes ac debiles: et cecos et claudos introduc huc. Et ideo non eſt de tali priuatione immoderate dolendum.

¶ 22. Nullus debet de membrorum priuatione ſeu abſciſione immoderate dolere: nec talium membrorum priuationem immoderate abhorrere: quia deus talem priuationem aut abſciſionem non patitur ymo patientes liberat: vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neque priuationem habet) ſcilicet membrorum ¶ Hanc concluſionem ponit veritas dicens mat. 18. Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te: abſcide eum et proiice abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum: quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. ¶ Hos deus aliquando mirabiliter in hac vita ſanat: ſicut ſanauit habentem manum aridam mat. 12. ¶ Tales etiam vocat ad regnum ſicut patet Luc. 12. vbi ſcribitur Exi in plateas et vicos ciuitatis et claudos introduc huc. Et ideo non eſt de membrorum abſciſſione ſeu priuatione immoderate dolendum.

¶ 23. Nullus immoderate timere debet corporalem mortem nec corporis ab anima ſeparationem nec de ipſa immoderate contriſtari: ſed patienter ferre: ymo deſiderare propter deum: quia deus non patitur talem diuiſionem aut mortem: vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neque diuiſionem habet) ſcilicet partium ab inuicem ex qua ſequitur mors ¶ Hanc concluſionem ponit paulus dicens ad Ro. 7. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius. ¶ Sed plurimi hanc abhorrent: hanc fugiunt hanc pluſquam deum pertimeſcunt: propter huius mortis fugam innumera peccata committunt: ¶ Contra quos clamat chriſtus dicens mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non poſſunt occidere: ſed potius timete eum qui poteſt: et animam et corpus perdere in gehennam. ¶ Hanc mortem deus exterminabit poſt hanc vitam quia ſcriptum eſt Apoc. 21. Et mors vltra non erit: neque luctus: neque clamor: neque dolor erit vltra.

¶ 24. Nullus debet formidare aut abhorrere ſui corporis corruptionem et incinerationem poſt mortem: quia deus talem corruptionem aut incinerationem non patitur ymo reparat et reformat. vnde dicit Dio. (Omnium cauſa neque variationem aut corruptionem habet) id eſt non habet alterationem per caliditatem: frigiditatem: humiditatem: et ſiccitatem ad quam ſequitur corruptio. ¶ Hanc concluſionem ponit deus benedictus dicens Ezech. 37. Ecce ego aperiam tumulos veſtros et educam vos de ſepulcris veſtris populus meus et inducam vos in terram iſrael. O quale gaudium O qualem confidentiam poſſunt chriſti fideles in ſua morte concipere cum infallibiliter ſperent ſe iterum reſurrecturos: et corpora meliora poſſeſſuros. Unde clamat paulus. j. Cor.

ꝫ. Seminatur corpus in corruptione: ſurget in icorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria: Seminatᷣ in infirmitate ſurget in virtute: Seminatur corpus animale ſurget corpus ſpirituale Et ideo non eſt ꝺ illius incineratione ⁊ corruptione dolendum ſed potius gaudendum.

¶ 25. Nullus imoderate diligere debet eſſe ſuum: nec eſſe alicuius entis creati: cum ſint entia finita ⁊ cum modo ⁊ menſura diligenda. Sed deum benedictum ⁊ glorioſuꝫ debemus ſine modo ⁊ ſine menſura diligere: quia eſt ſuper omne ens: ſuper omnem ſubſtantiam: ſuper oēm vitam: ſuper oēm rationem ſuper oēm menteꝫ: vnde dicit Dio. (Dicamus igiᷣ ꝙ oium cauſa ⁊ ſuper oia exiſtens: neqꝫ ſine ſubſtantia eſt: neqꝫ ſine vita: neqꝫ ſine ratione: neqꝫ ſine mente). i. oium cauſa eſt ſuperens: ſupſubſtantia: ſuperuita: ſupratio: ſupermenꝫ. Per ſuam enim entitatem: per ſuā ſubſtantiam: per ſuā vitam: per ſuā rationem ⁊ per ſuam mentem: oia creata trāſcendit. Et ideo ſuper omnia ⁊ pluſꝙ̄ omnia ⁊ extenſiue ⁊ intenſiue diligēda: Unde clamat veritas dicēs mar. 12. Audi iſrael dn̄s deus tuus vnus eſt: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota mente tua: ⁊ ex tota virtute tua. ¶ Ex hijs oibus patet quomodo cupiens ad contemplationis caliginem peruenire: tranſcendere debet omnia ſenſibilia: tam ꝓſpera ꝙ̄ aduerſa: tam bona ꝙ̄ mala: bona contemnendo: mala non formidando: Hijs igitur oibꝰ poſtergatis dꝫ toto cordis incendio: tota mentis intentione: toto voluntatis ardore: ipſum deum querere: inueſtigare: diligere ⁊ amplecti: In ipſo caleſcere: in ipſo delectari: in ipſo requieſcere: In ipſo theſaurizare

Uenite ergo aſcendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias ſuas Amen.

Capitulum quintum Quod nihil intelligibilium eſt qui eſt omnis intelligibilis cauſa ſecundum exceſſum.

Urſus autem aſcendentes dicimus ꝙ: Neqꝫ anima eſt. neqꝫ mens. Neqꝫ fantaſiam: neqꝫ opinionem: aut rationem: aut intellectum habet: Neqꝫ ratio eſt: neqꝫ intelligentia: neqꝫ dicitur neqꝫ intelligitur (Neqꝫ numerꝰ ē: neqꝫ ordo: neqꝫ magnitudo: neqꝫ ꝑuitas: neqꝫ eq̄litas: neqꝫ ſil'tudo: neqꝫ diſſil'itudo) (Neqꝫ ſtat: neque mouetur: neqꝫ ſilentiū habet) (Neque virtuteꝫ habet: neqꝫ virtus: eſt neque lumen: neque viuit: neque vita eſt: neqꝫ ſubſtātia eſt) (Neque euū neqꝫ tꝑs) (Neqꝫ tactus eius ītelligibilis ē: neqꝫ ſciētia: neqꝫ veritas: neqꝫ regnū neqꝫ ſapīa: neqꝫ vnū: neqꝫ vnitas. (Neqꝫ d̄itas: aut bōitas: neque ſpūs ē ſicut nos videmꝰ neque filiatio: neque pr̄nitas. (Neqꝫ aliqd aliꝺ cognitū a no

bis aut ab alio q̄dā exn̄tiū: ne
q3 aliqd exn̄tiū: neque aliqd n̄
exn̄tiū ē. (Neque ipſā cogno‑
ſcūt exn̄tia ſcd̄m q̄ ipa ē: neq3
ipa cognoſcit ea que ſūt exn̄tia
ſcd̄m q̄ exn̄tia ſūt. (Neque rō
ipſi⁹ ē: neq3 noīe: neque cogni
tio ē.) Neque tenebre: neque
lum̄: neque error: neque vitas
ē: (Neque vniuerſaliter ipſius
poſitio: neque ablatio. Sed eo
rū que ſūt poſt ipſā poſitiões ⁊
ablatiões faciētes: ipſā neque
põim⁹: neque auferim⁹: Om̄
⁊ ſup oēm poſitionē eſt pfcā ⁊
vnitiua oīum cā ⁊ ſup oēm ab‑
lationem eſt: exceſſ⁹ ab oibus
ſimpliciter abſoluti ⁊ ſup tota.

Finit textus beati Dioniſii de miſtica theologia:

Circa iſtud vltimū capitulū declarādū q̄ttuor ſūt ordiate ⁊ ſerioſe cõſiderāda

Primo Quero que ſit auctoris intētio in hoc p̄nti capitulo. Reſpõdeo q̄ intētio dionſii eſt abnegare ab ipſo deo ſiue a p̄ria omnium cā oīa intelligibilia: ſiue ſint pura intelligibilia ſiue ſint mixta: puta partim intelligibilia prim ſenſibilia ſicut in precedēti capi. abnegauit oīa ſenſibilia.

Secundo Quero quot pticulas cõtinent iſtud capitulū vel quot facit auctor in hoc capitulo vltimo. ¶ Reſpõdeo q̄ auctor ponit. 12. de p̄ria oīum cauſa.

¶ p̄ Abnegat ab ipſā pure intelligibilia cum dicit (Rurſus autem)

¶. 2. Abnegat ab ipā Numerū ⁊ ea q̄ ad ipſum cõſequunt ibi (Neq3 nūerus eſt.)

¶. 3. Quietē ⁊ motum ibi (Neq3 ſtat neq3 mouetur)

¶. 4. Potentiā naturalē cum ſuo actu ibi (Neq3 virtutem habet)

¶. 5. Menſuram temporalem ibi (Neq3 euum neq3 tempus.)

¶. 6. Appetitum naturalem ibi (Neque tactus eius intelligibilis eſt)

¶. 7. Nominationes abſolutas ⁊ relatiuas ibi (Neque deitas aut bonitas)

¶. 8. Entia ⁊ non entia ibi (Neque aliquid aliud)

¶. 9. Cognitionem entium actiuā ⁊ paſſiuā ibi (Neq3 ipam cognoſcūt exn̄tia)

¶. 10. Diffinitionem: ⁊ nominationē ibi (Neq3 ratio ipſius eſt)

¶. 11. Obſcuritatem: ⁊ claritatem ibi (Neque tenebra neq3 lumen eſt)

¶. 12. Affirmationem ⁊ negationem ibi (Neq3 vniuerſaliter ipſius poſitio.)

Et in fine redit rōnem ⁊ cām oīu3 iſtorum dicens Om̄ ⁊ ſup omnem poſitionem eſt perfecta omnium cauſa ⁊c.

Tertio Inſiſto circa cõſtructionē ⁊ declarationē lr̄e.

¶ In prima pticula huius capi. Rurſus aūt ⁊c. notabimus ordinate aliqua puncta.

¶ p^m eſt tale. ¶ Intelligibiles ſubſtātie ſunt anima: ⁊ angelus: aīa inferior ⁊ a deo remotior angelus ſupior ⁊ deo ppinquior: ⁊ q2 iſte aſcenſus negatiuus eſt ab īfimis ad ſumma ideo auctor incipit ab ipſa aīa ipſam abnegans a p̄ria cauſa ⁊ ſecundario abnegat ipſum angelū dicens: Neq3 aīa eſt: neq3 mēs.

¶. 2. eſt Talis eſt ordo ſm perfectionē gradualē que maxime attenditur in hoc miſtico ⁊ negatiuo aſcenſu ad cali‑

ginē.Quod aīa eſt pfecta:aīa ſub ſuo a ctu naturali eſt pfectioꝛ q̄ in ſe nude cō ſiderata : puta aīa fantaſians : opinans ⁊ rōtinans pfectioꝛ eſt q̄ ipa aīa pura: Opatio aīe naturalis q̄ efficit aīaꝫ opā tē melioꝛē melioꝛ eſt ipa aīa opante pu ta:Rōtinatio q̄ efficit aīam bonā meli⸗ oꝛ eſt ipſa aīa: q̄ ſine ipſa q̄ſi lignū vł la pis eēt.Obiectū itelligibile meli⁹ ē itel ligēte ⁊ itellectiōe ſm iſtū doctoꝛē ⁊ pla tonicos.Et ſic dicibile qđ ē obiectū rō⸗ nis ē digni⁹ ⁊ deo ꝓpinqui⁹ q̄ ipa rōti natio:q̄ eſt aīe opatio:idē p oīa itelligat̄ circa angelū:qꝛ iſta q̄ttuoꝛ gradualit̄ a ſcēdūt ſꝫ pfectionē ⁊ a ꝓpinq̄tionē ad pᵐ vꝫ angelus:angelus itelligēs:itelligē tia angeli:intelligibile ab angelo.

C.3.eſt:Dio.in pⁱa pte hui⁹ capi.aſcēdit p ſolū itelligibilia ſiue p pure itelligibi⸗ lia:⁊ oꝛdiate icipiēs ab īpfectioꝛib⁹ ⁊ i fimis vn̄ dič(Ruꝛſ⁹).i.poſt aſcēſū pſē ſibilia i pcedēti cap.(aſcēdētes).ſ.p itel ligibilia dicim⁹(Qđ)ſupple pᵒ oīuꝫ cā (neqꝫ ē aīa).ſ.nuda(Neqꝫ mēs).i.An gel⁹ nud⁹(Neqꝫ hēt fātaſiaꝫ).i.ymagi nationē(neqꝫ opinionē)q̄ ē q̄dā cogni tio īpfecta(Neqꝫ rōnē)q̄ ē cognitio cer ta cū diſcurſu.(Aut itellectū nō hēt)vł itelligētiaꝫ ſm aliaꝫ lr̄am. Et hic negat angelū itelligētē:ſic p fātaſiā opinionē ⁊ rōnē aīam opantē.(Neqꝫ rō eſt) q̄ ē opatio ipius aīe:quā hic negat cōſeq̄nt̄. (Neqꝫ itelligētia)q̄ eſt opatio angeli q̄ abnegat oꝛdiate.Cōſequenter abnegat obiectū aīe ⁊ angeli dicēs.(Neqꝫ dicit̄) .i.non eſt obiectū aīe dicibile p rōnem: (Neqꝫ intelligit̄).i.nō eſt obiectū itelli gibile p itelligentiā angeli . Et huc uſqꝫ aſcendit̄ p pure intelligibilia.

C.4.eſt Aſcenſus iſte negatiuus p itelli gibilia pōt copioſi⁹ multiplicari ſi cū p uenit̄ ad angelū diuideret̄ i oꝛdies ange licos:⁊ ſm oꝛdies vel ſm ſpecies ange lorū in oꝛdie fieret abnegatio ab ipo đo ſemper ad perfectioꝛa aſcendendo. pꝛo pter tamen bꝛeuitatem ſatis eſt ab ip⸗ ſo deo in genere abnegaſſe hec quattu⸗ oꝛ videlicet Angeluꝫ:Angelum operan tem.Angeli operationem Et obiectum angelice operationis.

C.5.eſt Hec quiqꝫ que immediate ſe quuntur videlicet Numerus : Quies Potētia:Menſura:⁊ Appetitus natu ralis conueniunt ⁊ ſunt communia ſen ſibilibus ⁊ intelligibilibus. C Nam numerus inuenitur in lapidibus : ⁊ in angelis.Similiter quies motus ⁊c.

C Et vt ſunt in ſenſibilibus ſunt per⸗ ceptibilia a ſenſu maxime coniuncto cum ratione.Si autem ſunt in intelli⸗ gibilibus ſolo intellectu ſunt percepti⸗ bilia . Si autem ſunt abſtracta: ⁊ in ſe nude conſiderata puta numerus in q̄⸗ tum numerus:ſolo intellectu ſunt ap:e henſibilia. C Et ideo poſt q̄ dionisius ab ipſa omniuꝫ cauſa abnegauit omnia pure intelligibilia ⁊ pure ſenſibilia: Ab negat omnia cōmunia ſenſibilibus ⁊ in telligibilibus vt patet in ſequentibus in hoc capitulo.

Neqꝫ nūerus c)Neqꝫ oꝛ do:Neque magnitudo:Neqꝫ puitas:neqꝫ eq̄litas: neqꝫ ſilitudo:neqꝫ diſſilitudo) C hec ē.2ᵃ ps hui⁹ capitu.ꝓ cui⁹ đclaratione ſunt aliqua notanda.

C pᵐ ē Dio.hic aſcēdit p abnegatiōes ſē ſibiliū ⁊ itelligibiliū ſimul:ſic pꝛi⁹ aſcē dit p abnegatiōes ſēſibiliū ſolū vt in p̄ cedēti capi.⁊ p abnegatiōes itelligibiliū ſolū ſic i pꝛincipio hui⁹ capi.

C 2.ē.Unūqđqꝫ iſtoꝝ cōiuꝫ tā ſenſibili b⁹ q̄ itelligibilibus hēt ſuas pfectiōes ipm bonificantes ⁊ pficientes ⁊ ad ip⸗ ſum deum a ꝓpinquantes ⁊ ſm has p fectiones poteſt gradatim iſte negati⸗

cuius eſt: vnde Bone ſunt potentie na-
turales corporum inanimatorum. Me-
liores potentie vegetabilium. Melio-
res ſenſitiuorum Adhuc meliores ra-
tionabilium videlicet hominum. Opti-
me ſunt ⁊ deo propinquiſſime poten-
tie intellectualium videlicet angelo-
rum.

¶2. eſt In eadem natura ſunt gra-
dus perfectionis ordinati. Nam bona
eſt ipſa natura: melior eſt ipſa potentia
q̄ꝫ natura que ſine potentia vilis eſt Ad
huc melior eſt potentia ſub ſuo actu: ⁊
per ipſum actum manifeſtata q̄ꝫ in ſe
nude conſiderata.

¶3. eſt Quia proprietas luminis eſt
manifeſtare ⁊ declarare: pro tanto om
ne manifeſtatiuum alicuius lumen re-
cte vocatur ⁊ quia per actus declaran-
tur ⁊ manifeſtantur potentie: ideo ac-
tus vocatur a Dioniſio lumen in litte-
ra. Unde ordinate procedens abnegat
di (Neqꝫ habet virtutem) ideſt natu-
ralem potentiam. (Neque virtus eſt)
ideſt naturalis potentia que melior eſt
habente eam (Neque lumen eſt) ideſt
potentia agens declarata ⁊ manifeſta-
ta per actum quaſi per quoddam lu-
men: (Neque viuit) ſicut corpus vel
ſicut potentia aliqua (Neque vita eſt)
que eſt melior viuēte (Neqꝫ ſubſtātia
ē) vt ſunt potētie ⁊ virtutes angelice ce
leſtes que nomine ſubſtantie nuncu-
pantur Supra quas non eſt potentia
deo propinquior. ¶Et aduerte ꝙ ab
ipſa omnium cauſa abnegat.

¶p̄ potentiam corporum inanimato-
rum Cum dicit (Neque virtus eſt.)

¶2. potentiam vegetabilium cum di-
cit (Neque lumen eſt.)

¶3. potentiam ſenſitiuorum cum di-
cit (Neque viuit).

¶4. potentiam rationabilium ſci-
licet hominum cum dicit (Neque vi-
ta eſt.) ¶5. Potentiam intellect-
ualium ſcilicet angelorū cum dicit (Ne-
que ſubſtantia eſt.)

Neqꝫ euum neqꝫ tē

pus.) ¶Hec eſt quinta particula hu
ius capituli pro cuius declaratione eſt
ſciendum ꝙ menſura eſt quid com-
mune ſenſibilibus: ⁊ intelligibilibus:
menſurantur enim lapides: menſu-
rantur ⁊ angeli Et triplex eſt menſu-
rum videlicet Eternitas que eſt eter-
norum menſura. Euum quod eſt Eui
ternorum menſura: Et tempus quod
eſt menſura temporalium. Eternitas
eſt perfectiſſima Euum minus perfe-
cta Tempus adhuc imperfectior men
ſura eſt De eternitate hic non loquitur
quia abnegare a prima cauſa ſolum in
tendit ea que creature conueniunt. Et
ideo ſolum abnegat euum: ⁊ tempus
dicens (Neque euum neqꝫ tempus
eſt) ideſt nec eſt euiternorum nec tem
poralium menſura.

¶Sed occurrit dubium Cum in iſta
abnegatione ab imperfectioribus ad
perfectiora aſcendatur. Cum euum ſit
menſura perfectior q̄ꝫ tempus qua-
re prius abnegauit euū q̄ꝫ tempus: cū
tempus ſit ab ipſo deo remotius: ⁊ pri
us abnegandum ab eo. Reſpondet lyn
conienſis Quod non intendit hic abne
gare hec duo ſeparatim ſed coniunctiꝫ
ab ipſo deo ⁊ ideo non curauit prepone
re tempus euo. ¶Uel aliter dicen-
dum eſt quod ſepe ſolet euum pro tem
pore poni ⁊ tempus pro euo Unde dici
mus tempus ſeculare ⁊ ſeculum tem-
porale vel Euum temporale: ⁊ tem-
pus euiternum Et ideo prepoſuit euū
relinquens tempori ſignificationem ſu

perioris et perfectioris et Euo ſignifica tionem inferioris et imperfectioris.

Neq; tactus eius intelligibilis eſt)(Neq; ſcientia neq; veritas: neq; regnum: neq; ſapia: neq; vnũ: neq; vnitas.) ¶ Hec eſt ſexta particula huius capituli ad cuius declarationem notanda ſunt multa.

¶ P^m eſt In hac parte abnegat auctor a prima omnium cauſa appetitum naturalem qui communis eſt tam ſenſibilibus q̄ intelligibilibus: quem vocat tactum intelligibilem: Cuius ratio eſſe poteſt: quia ſicut per tactum appropinquamus tangibili corporali: Ita per appetitum naturalem appropinquamus appetibili ſiue ſenſibili ſiue intelligibili.

¶ 2. eſt Appetitus naturalis q̄to eſt in naturis ſuperioribus et nobilioribus tanto melior eſt et deo propinquior: vnde melior eſt in potentiis apprehenſiuis que ſub nomine ſcientie comprehenduntur q̄ in carentibus apprehenſiõe. Et in apprehenſiuo ſuperiori melior eſt q̄ in inferiori. Et in apprehenſiuo non errante circa obiectum apprehenſum melior q̄ in errante. Et in apprehenſiuo nõ errante circa obiectum: qui habet poteſtatem imperatiuam agendorum: melior eo qui caret poteſtatiuo imperio. Et qui habet poteſtatem imperatiuam non errans in actibus et in agendo ſiue in executione melior eſt eo qui in actibus errat. Optimus igitur appetitus boni eſt Appetitus ſciens vel apprehendens: Non errans circa obiectum: Imperatiuus agendorum: Non errans in operando: et hic eſt omnium maxime in ſe vnitus et appropinquans vnitati diuine et ſuperſimplici: vnde poteſt vocari vnum et vnitas propter omnium predictorum in ſe comprehenſionem: et iſte eſt appetitus angelicus deo ceteris omnibus propinquior Appetitus enim carens apprehenſione eſt in corporibus inanimatis et in vegetabilibus Appetitus ſciens et apprehendens eſt in animalibus ſenſitiuis et beſtiis Appetitus ſciens et apprehendens ſuperior eſt appetitus ſenſitiuus in animali rationali Appetitus in apprehenſiuo non errante circa obiectum eſt appetitus ſenſitiuus bene diſpoſitus Appetitus habens poteſtatem agendorum ſed aliquando errans in actibus eſt appetitus rationalis hominis Appetitus habens poteſtatem agendorum non errans in actibus vel in exequendo eſt appetitus angelicus qui omnes perfectiones appetitus in ſe vnitas continet propter quod vocatur in littera vnum et vnitas. Omnes iſtos naturales appetitus ſecundum gradus perfectionis ordinate a prima omnium cauſa Dioniſius abnegat dicens (Neque eius) id eſt prime omnium cauſe (eſt tactus intelligibilis) id eſt appetitus naturalis (Neque ſcientia) ſupple eſt id eſt apprehenſio per quam habeat appetitus apprehenſiuum (Neq; veritas) id eſt priuatio erroris circa obiectum apprehẽſum. (Neq; regnum) id eſt poteſtas imperatiua agendorum (Neq; ſapientia) id eſt priuatio erroris in agendo et operando que maxime eſt ſapientia: vt per hec omnia ſimul iuncta ſit appetitus optimus et rerum optima. (Neq; vnum neq; vnitas eſt) id eſt nec eſt appetitus angelicus naturalis hos omnes appetitus cum ſuis perfectionibus in ſe vnitiue continens.

¶ 3. eſt Iſta quinq; cõmunia tã ſenſibilibus q̄ intelligibilibus que dioniſius ſuperius a prima omnium cauſa abnega

uit videlicet Numerus: Motus: Poten tia Menſura: ⁊ Appetitus naturalis ordinem quendam perfectionis inter ſe videntur habere. ¶ Nam Motus: qui idem eſt quod agere: addit aliquid ſupra numerum ⁊ adhuc melior eſt: Potentia addit ſupra motum ⁊ actionem: quia eſt principium per quod agere poſſumus: Menſura bonificat potentiam limitans ⁊ menſurans ipſam potentiam ⁊ eius operationes: Appetitus naturalis: quia eſt ipſius boni melior eſt omnibus predictis: vnde ⁊ dionifius hec quinque ordinate a prima omnium cauſa abnegauit.

Neq; deitas: aut

bonitas eſt Neq; ſpiritus eſt ſicut nos videmus: neq; filiatio: neq; paternitas) ¶ Hec eſt ſeptima particula huius capituli Notandum q dionifius huc uſque aſcendit per abnegationes omnium entium incipiendo ab infimis per media vſq; ad ſumma. Et ſic aſcendendum eſt per omnium creaturarū abnegationes quia in his non ponit metam: tamen volens caliginem ingredi abnegat ab ipſa prima omnium cauſa quicquid vis cognoſcitiua creata poteſt poſitiue de ipſa apprehendere vel cognoſcere ⁊ ſic duo in genere abnegat.

¶ pᵐ qđ abnegat eſt omnis nominatio poſitiua dicta de ipſo deo ſiue communis tribus perſonis: cum dicit (Neq; deitas eſt neq; bonitas) que ſunt cōia toti trinitati. Qđ intelligendum eſt de omnibus aliis noiatiōibus poſitiuis: ⁊ cōmunibus de ipſo deo dictis.

¶ 2. eſt omnis nominatio poſitiua de perſonis ſingulis diſcretiue dicta: cum dicit. (Neq; ſpiritus eſt ſicut nos videmus) id eſt cognoſcimus. (Neq; filiatio neque paternitas.)

¶ Preterea notandum q illa particula. Sicut nos videmus referenda eſt ad omnia que in iſta ſeptima particula abnegantur: vt ſit ſenſus prima omnium cauſa non eſt deitas neq; bonitas neq; ſpiritus neque filiatio aut paternitas ſecundum q nos cognoſcimus deitatem bonitatem: ſpiritum: filiationem: ⁊ paternitatem.

¶ Preterea aduerte hic q negando cōmunia primo abnegat deitatem ſecundo bonitatem quaſi perfectiores Et ſic negando propria incipit ab vltimis videlicet a ſpiritu vel ſpiratione paſſiua aſcendens per filiationem ad paternitatem tanq̄ ad primum.

¶ Item aduerte q in hoc capitulo dionifius aliquando ponit concreta pro abſtractis vel econuerſo Et ideo cum dicit (Neq; ſpiritus eſt) intellige ſpiritum pro ſpiratione paſſiua ipſius ſpiritus ſancti vt conformiter abnegetur proprietas patris filij ⁊ ſpiritus ſancti ab ipſa prima omnium cauſa.

Neq; aliquid aliud

cognitum a nobis aut ab alio quodam exiſtentium Neq; aliquid exiſtentium neq; aliquid non exiſtentiū eſt.) ¶ Hec eſt octaua particula huius capituli: in qua dionifius a prima omnium cauſa quattuor abnegat.

¶ pᵒ abnegat quicquid poteſt ab humano intellectu cognoſci vel apprehendi cum dicit: (Neque prima cauſa eſt aliquid cognitum a nobis) Quicquid enim cognoſcimus deus non eſt: cum quicquid cognoſcimus finitum quodammodo ſit.

¶ 2. abnegat quicquid ab intellectu angelico cognoſci pōt cum dicit. (Aut ab

alio quodam exiſtentium) quicquid erum cognoſcit angelicus intellectus deus non eſt: cum ſit intelligibilis ſoli intellectui infinito.

¶3. abnegat omnia exiſtentia cum dicit (Neque eſt aliquid exiſtentiū) Qui enim omnia exiſtentia fecit non eſt aliquid eorum que ipſe fecit.

¶.4. abnegat omnia non exiſtentia cum dicit (Neque aliquid non exiſtētium eſt.)

¶Sed hic aduertendum ꝙ per exiſtentia poſſumus intelligere entia realia: ⁊ vera prout diſtinguuntur contra entia ficticia ⁊ chimeras ⁊ negationes ⁊ priuationes que dicuntur non entia ⁊ non exiſtentia. ¶Uel per exiſtentia poſſumus intelligere entia ſpiritualia prout diſtinguuntur contra corporalia: que dicuntur non entia ſiue non exiſtentia: q2 ſunt materialia ⁊ prope materiam que appropinquat ad non ens: ⁊ ad nihil. ¶Uel per exiſtentia poſſumus intelligere ydeas i mente diuina habentes ſuum ideatum ad extra in re exiſtens: ⁊ per non exiſtentia ydeas que non habent ſuum ideatum in re exiſtens Et quoquo modo intelligātur vere ab omnium cauſa abnegantur: quia ipſa non eſt nec ens reale exiſtens: nec ens ficticium. Aut priuatiuum Aut negatiuum Nec eſt ens corporale Nec ens ſpirituale. Nec ydea habens ſuum ydeatum in re exiſtens Nec ydea non habens ſuum ideatum in re exiſtens. Nec aliquid entium nec aliquid non entium.

Neqꝫ ipſam cogno-

ſcunt exiſtentia ſecundum ꝙ ipſa eſt. Neqꝫ ipſa cognoſcit ea que ſunt exiſtentia ſecundum quod exiſtentia ſunt.)

¶Hec eſt nona particula huius capituli in qua Dionifius abnegat ab ipſa prima omnium cauſa cognitionem omnium entium actiuam: ⁊ paſſiuam ſiue modum cognoſcendi entium creatorum.

¶Primo ergo dicit Quod entia creata non cognoſcunt ipſam primam omnium cauſam ſecundum ꝙ ipſa eſt ſcilicet in ſeipſa. Et ratio eſt duplex. ¶Prima quia creature exiſtentes in via vident: ⁊ cognoſcunt ipſam per ſpeculum ⁊ in enigmate ideſt per alias creaturas: quia inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta cōſpiciuntur ⁊ ſic non vident ipſā ſecundum ꝙ ipſa eſt in ſemetipſa. ¶2. quia creature exiſtentes in patria licet videant ipſam ſicuti eſt: quia non per ſpeculum ſed per apertam viſionem: tamen non vident ipſam ſecundum ꝙ ipſa eſt: quia non comprehendunt ipſam nec eius infinitatem totam: licet ipſam apprehendant intuitiue ⁊ ſine aliquo medio. Et ideo dicit (Neqꝫ exiſtentia cognoſcunt ipſam ſecundum quod ipſa eſt.

¶2. dicit quod Ipſa prima omnium cauſa non cognoſcit ea que ſunt ſecundū quod ſunt. Cuius ratio eſt multiplex.

¶Prima quia intellectus diuinus nō accipit a rebus cognitionem ſiue notitiam quia illa notitia ītellectus diuini eſt incauſabilis. Et vileſceret etiam ſi ſuam perfectionem a rebus creatis mendicaret.

¶2. Quia non cognoſcit res exiſtentes in proprio genere ſed ſolum in verbo: ⁊ ideo non cognoſcit exiſtentia ſecundum quod exiſtentia ſunt ſcilicet in proprio eſſe ſiue propria natura: ſed ſecundum quod ſunt in mente diuina relucentia.

¶.3. Quia ſicut creature cognoſcunt deum non in ſe ſed per creaturā ⁊ ſpeculū

ita deus cognoſcit creaturas non in ſe ſed per ſeipſum idest per eſſentiam ſuam: que eſt ſpeculum per quod videt creaturas. Nam cognoſcendo eſſentiã ſuam cognoſcit in ea omnia creata ꝛ creabilia: ꝛ non cognoſcit res ſecundũ ꝙ exiſtunt in ſeipſis ſed ſecundum ꝙ exiſtunt in eſſentia dei ſiue in verbo. Solum enim habet deus de rebus creatis notitiam theologicam quia ſolummodo cognoſcit eas per medium theologicum idest per eſſentiam diuinam. Cum iſta ſit ſola perfecta cognitio rerum Et ideo dicit (Neqꝫ ipſa cognoſcit ea que ſunt exiſtentia ſecundum quod exiſtentia ſunt) vꝫ in ſua natura.

Neqꝫ ratio ipſi⁹ ẽ neqꝫ nomẽ neqꝫ cognitio.)

¶ Hec eſt decima particula huius capituli In qua dioniſius conſequenter ad predicta tria abnegat a prima omnium cauſa. videlicet Diffinitionem: nominationem: cognitionẽ: vbi aduertendum ꝙ. ¶ ꝑ conceptus reĩ eſt in mẽte in quo res cognoſcitur. ¶ 2. rei ſic in mente cõcepte formamus aliquod nomẽ ſue ꝓprietati correſpondens. ¶ 3. ex nominibus eius formamus rationem ſiue diffinitionem Cum ergo res non cognoſcant primam omnium cauſam ſecundũ ꝙ ipſa eſt ſequitur quod ipſius nõ eſt cognitio. Si non eſt eius cognitio ergo nec eius erit nominatio que eſt expreſſio ipſius cognitionis. Et ſi eius nõ eſt nominatio ergo nec ratio nec diffinitio que eſt oratio ex nominibus contexta.

¶ Sed hic aduerte ꝙ cum ratio ſit nominatio perfecta explicans diſtincte rei naturam quia eſt ſicut manus aperta. Et nomen ſit nominatio imperfecta quia implicite manifeſtans rei naturam ſicut pugnus vel manus clauſa. Et conceptus mẽtalis rei adhuc ſit minus perfecta cognitio: quia inexplicita ꝛ adhuc quaſi ſepulta videtur ꝙ Dioniſius primo a prima omnium cauſa abnegare debuerit cognitionem Deinde nomen ꝛ vltimo rationem vt ſic ab infimis per media ad ſumma conſcenderet. Reſpõdeo Q̃ꝺ congrue ſic ordinate abnegauit, qꝛ abnegatio poſterioris eſt redditio rationis prioris abnegationis Si enim queritur Quare ipſius prime omnium cauſe non eſt ratio iuſte reſpondetur. Quia ipſius non eſt nomen nec nominatio ex quo ſit ipſa ratio Si vltra queratur quare ipſius non eſt nomen. Reſpondetur quia ipſius non eſt cognitio ex qua nomen imponitur. Et ideo ordinate abnegauit dicens (Neqꝫ ipſius eſt ratio neqꝫ nomen neqꝫ cognitio.)

Neqꝫ tenebre Neqꝫ lumen: Neque error: neqꝫ veritas eſt.) ¶ Hec eſt vndecima particula huius capituli In qua dioniſius quattuor de ipſa prima omnium cauſa abnegat. ¶ Ubi aduertendum quod ex predictis videtur ſequi ꝙ prima omnium cauſa vel eſt obiectum obſcuriſſimum ꝛ tenebroſum: ꝛ priuatum lumine. ¶ Uel eſt lumen quoddã immenſum obfuſcans vim apprehenſiuam ꝛ cognoſcitiuam Et hec duo ſe habent ex parte obiecti. ¶ Uel eſt quidam error quo ad apprehenſionem obiecti tenebroſi. ¶ Uel eſt quedam veritas quo ad apprehenſionẽ obiecti luminoſi. ¶ Hec quattuor abnegat auctor a prima omnium cauſa dicens (Neqꝫ tenebre) eſt prima omnium cauſa idest Non eſt priuatio luminis neqꝫ obiectum aliquod tenebroſum. (Neqꝫ lumen eſt) ſupple viſibile ꝛ apprehenſibile ab aliqua vi co-

gnitiua propter ſui ſuperexceſſum ꝛ in acceſſibilitatem (Neque erroꝛ) ſcilicet per deuiationem a veritate (Neque veritas) ad quam videlicet vis cogni/tiua poſſit attingere.

¶ Sed notandum ꝑ quod iſtoꝛum q̄t⸗tuoꝛ duo ſe tenēt ex parte obiecti videlicet Tenebꝛe ꝛ lumen Et duo ex parte actus apꝛehendendi. Nam erroꝛ qui ē in actu coꝛreſpondet tenebꝛis vel obiecto tenebꝛoſo circa quod frequenter ꝛ communiter erratur Et veritas que eſt ī actu etiam apꝛehendendi obiectum coꝛreſpondet lumini circa quod communi⸗ter non erratur.

¶ 2. notandum ꝙ Auctoꝛ per lumen ꝛ veritatem: que ſunt res ſumme inſinuat omnem rem non deficientem: per tenebrā vero ꝛ erroꝛem omnem rem deficientem.

¶ 3. notandum Qꝺ deus non pōt eſſe tenebꝛa cum ſit quid notiſſimuꝫ quo ad exiſtentiaꝫ: quia cognitio exiſtendi deū omnibus naturaliter eſt inſerta: Cū ēt oīa clament deum eſſe vꝫ magnitudo: multitudo: pulcritudo ꝛ oꝛdo rerū non pōt deus eſſe tenebꝛa vꝫ quo ad ſuum eſſe ꝛ exiſtere:

¶ 4. notandum Qꝺ deus non pōt eſſe lumen ideſt notiſſimuꝫ quid quo ad eē ſuum quidditatiuū ſiue quo ad quid ē Cum omnes clament omnes ignoꝛare quid ipſe ſit. Non eſt ergo tenebꝛe quo ad . Quia eſt. Neque lumen quo ad quid eſt.

¶ 5. notandum ꝙ hoīes facientes conceptum aliquem de deo vel concipientes aliquid de ipſo deo: nec omnino errant de ipſo deo a quo eſt omne verum: omne iudicium ꝛ omne bonum. Nec om⸗nino vere de deo ſentiunt cum ſuperet conceptum humanum infinite Et ideo deus Neque erroꝛ eſt cū apꝛehenditur neque veritas.

¶ 6 notandum ꝙ in iſta particula huius capituli ſicut ꝛ in aliis multa videntur eſſe contra dicta euangelii ꝛ contra ſententiam chꝛiſti ꝛ apoſtoloꝛum qui con/fitentur. Quod deus eſt lumen. Veri⸗tas Spiritus ꝛc. Et ideo cum dicit qꝺ pꝛima oīum cauſa non eſt lumen nec veritas intelligendū eſt ſicut nos cognoſcimus lumen ꝛ veritatem: ſicut ipſemet auctoꝛ ſupꝛa ſe expoſuit in ſeptima particula huius capituli quando dixit Qꝺ pꝛima oīum cauſa Non eſt ſpiritus ſi⸗cut nos videmus. i. intelligimus ſpiri⸗tum: Vel intelligenduꝫ eſt ꝙ non eſt lu/men vel veritas ſcilicet a nobis intelli⸗gibilis aut apꝛehenſibilis.

Neqꝫ ipſius vniuerſaliter poſitio neqꝫ ablatio. Sed eoꝛuꝫ que ſunt poſt ipſam poſitiones ꝛ abla⸗tiones facientes: ipſaꝫ nec ponimus nec auferimus) ¶ Hec eſt duodecima ꝛ vltima particula huius capituli. In qua auctoꝛ ab ipſa pꝛima omniuꝫ cauſa vniuerſaliter cōpꝛehendendo abnegat omnem affirmationem ꝛ negationem di⸗cens. (Neqꝫ vīr ipſiꝰ) pꝛime cauſe eſt aliqua (poſitio) ideſt affirmatio (neqꝫ ablatio) ideſt negatio. (Sed faciētes poſitiones ꝛ ablationes) ideſt affirmatio⸗nes ꝛ negationes. (Eoꝛum q̄ ſunt poſt ipſam) ideſt creaturaruꝫ que ſunt poſt eſſe diuinum. (Neque ipſam ponimꝰ) ideſt affirmamus. (Neqꝫ ipſam auferimus) ideſt negamus. ¶ Hic ſunt ali⸗qua conſideranda.

¶ Pm eſt Affirmatio: ꝛ negatio videntur aliquando ipſi deo conuenire ratione aliqua vel cōgruentia Exempli gra⸗tia Affirmatio bonitatis deo videtur conuenire quādo dicimus deus eſt bonus cum ſit ipſe fons omnis bonitatis.

Rurſus abnegatio iniuſtitie deo videtur congruere cum dicimus Deus non eſt iniuſtus quia aliter videretur perſe qui quod ipſemet facit. Tamen quod nuſꝙ̄ aprehendimus vel attingimus re uera affirmare vel negare non poſſum⁹ Sed ſi negamus non ipſum negamus ſed ea que ſunt poſt ipſum: ſi etiā affirmamus non ipſum affirmamus ſꝫ ea que ſunt poſt ipſum vꝫ creata.

¶ 2.eſt Cum prima omnium cauſa ſit fons omnis boni ⁊ nihil ſibi deſit bonitatis: cuꝫ etiam ſit infinita nihil ſibi addi poteſt. et ideo nihil poſſumus ei attribuere Et quicquid de ipſa affirmauerimus ipſam non ponimus. Cum etiam ſit ſimpliciſſima ⁊ indiuiſibilis nihil ei auferri poteſt. Et ideo quicquid ab ipſa negauerimus: ipſaꝫ omnino nō auferimus.

Quoniam ⁊ ſuper omnem poſitionem eſt perfecta ⁊ vnitiua omnium cauſa Et ſuper omneꝫ ablationem eſt exceſſus ab omnibus ſimpliciter abſoluti ⁊ ſup̱ tota) ¶ In hac clauſula auctor reddit rationem quare prima omnium cauſa neqꝫ per affirmationem ponitur neqꝫ per negationē auferturꝫ(Quoniaꝫ cauſa perfecta ⁊ vnitiua omnium eſt ſuper omnem poſitionem) quia videlicet eſt ante ⁊ ſupra eſſe omnium creaturarum ⁊ ideo per eorū poſitionē non ponitur.(Et exceſſus) id eſt excellentia vel ſuperexcellentia ſupple ipſius videlicet dei(abſoluti ſimpliciter ab omnibus) ſcilicet creatis (eſt ſuper omnem ablationem) ideſt ſuper omnem negationem cuiuſcunqꝫ creature quia eſt ſuper ⁊ ante nihil.(Et eſt ſuper tota) ideſt ſuper vniuerſa. Et ideo per nullius affirmationem ponitur ⁊ p̱ nullius ablationem ſeu negationem aufertur. ¶ Hic ſunt aliqua notāda.

¶ p^m eſt Quod omnium cauſa dicitur perfecta ⁊ vnitiua quia in ipſa vniuntur omnes perfectiones que in creaturis ſunt diuiſe ⁊ diſperſe. Unde ab ipſis platonicis vocatur vnum.

¶ 2.eſt ꝙ ipſa prima omnium cauſa dicitur exceſſus ſiue ſuperexcellentia propter ſuam incomparabilem preeminentiam ad omnia creata.

¶ 3.eſt ꝙ ipſa prima omnium cauſa dicitur ſimpliciter abſoluta ab omnibus: quia nullam cum ſuis effectibus habet colligationem aut proportioneꝫ ſiue cōparationem ⁊ ideo dicitur abſoluta ab omnibus ſiue ſint creata corporalia ſiue ſpiritualia: quia ipſa eſt ſuper omnia Et ſic patet expoſitio hui⁹ capituli quinti ⁊ vltimi in quo plures ſunt ſententie ꝙ̄ verba.

Alio modo ſecundum alios exponitur ⁊ diuiditur littera huius capituli. Et ſecundum eos hēt nouem particulas.

¶ p̊ In prima particula abnegat ab ipſa prima omnium cauſa omnia intelligibilia incipiens ab his q̄ tanꝙ̄ vltima ſunt in gn̄e intelligibiliū Et ſic ſunt decē q̄ in pria p̱ticula abnegat vꝫ.

¶ Animā vegetabilē cū dicit(Neqꝫ aīa eſt) ſcilicet vegetabilis que eſt infima

¶ Aiam ſenſitiuā q̄ eſt dignior cuꝫ dicit (Neqꝫ ſenſum hēt ſ̄m alium textum)

¶ Aiam ymaginantē adhuc p̱fectiorem cū dicit(Neque phantaſiam habet)

¶ Aiam ſagaciſſimā beſtiarū q̄ſi rōnalē cum dicit (Neque opinionem habet)

¶ Aiam rationalem.i.humanā cū dicit (Neque rationem habet)

¶ Angelicum intellectum cum dicit (Neque intellectum habet)

¶ Anime rationalis operationē cū dicit (Neque ratio eſt.

¶ Angeli operationem cum ſubiungit (Neque intelligentia eſt.)

¶ Anime noſtre obiectum cũ ſubdit (Neq3 dicitur) idest non eſt obiectum dicibile

¶ Angelicum obiectum cũ vltimo dicit (Neq3 intelligitur) ideſt non eſt ab angelo intelligibile.

¶ 2. in ſecunda particula capituli tranſit ab intellectu angelico ad ydeas: que in intellectu angelico ſunt quaſi eius ſupremum: ſed in diuino ſunt quaſi vltimum τ infimum. Et ideo poſt aſcenſum ad intellectum angelicum tranſit ad abnegãdas ydeas ab ipſa prima omnium cauſa. Et abnegat duodecim ydeas videlicet ydeas.

¶ Numerorum cum dicit (Neq3 numerus eſt.)

¶ Proportionum que numeros conſequuntur cum dicit (Neque ordo eſt.)

¶ Dimenſionum que in nũeros reſoluuntur cum dicit (Neq3 magnitudo neq3 paruitas neq3 equalitas.)

¶ Qualitatum cum dicit (Neq3 ſimilitudo neq3 diſſimilitudo eſt.)

¶ Actionum ex qualitatibus ſequentium cum dicit (Neq3 ſtat: mouetur: ſilentium habet.)

¶ Formarum elementarium cum dicit (Neq3 virtutem habet neque virtus eſt.)

¶ Formarum celeſtium cum dicit (Neq3 lumen eſt.)

¶ Animarum corporibus coniunctarũ cum dicit (Neq3 viuit neq3 vita eſt.)

¶ Animarum ſeparatarum cum dicit (Neque ſubſtantia eſt.)

¶ Angelorum cum dicit (Neq3 euũ) qḋ trahit ſecum tempus.

¶ Diuine fruitionis cum dicit (Neq3 tactus eius intelligibilis eſt.)

¶ Diuine viſionis cum dicit (Neq3 ſcientia eſt.) Et hucuſq3 de ipſa prima omnium cauſa abnegauit omnes dotes animarum τ angelorum τ omnes ideas quomodocunq3 nominẽt.

¶ 3. In tertia particula abnegat a prima omnium cauſa quaſdam appellationes communes que communiter conuenire do videntur Et ſunt numero ſeptem videlicet: Ueritas: Regnum: Sapientia: Unũ: Unitas: Deitas τ Bonitas cum dicit. (Neque veritas eſt Neque regnum τc̃.)

¶ 4. In quarta particula ab ipſa prima omniũ cauſa abnegat proprietates notiõales ſiue perſonales quibus inter ſe diuine perſone diſtinguuntur: τ ſunt numero tres videlicet. Spiratio paſſiua: filiatio τ paternitas cum dicit. (Neque ſpiritus eſt. Neq3 filiatio: neque paternitas.) ¶ Et aduerte q̄ in tertia particula per illa ſeptem intelliguntur abnegari ab ipſo deo omnes alie appellationes communes tribus perſonis: quia idem eſt iudicium de omnibus. Et in quarta particula per illas tres proprietates perſonales intelliguntur abnegari omnes alie notiones perſonarum diſtinctiue.

¶ 5. In quinta particula abnegat a prima omnium cauſa omne cognitum a nobis aut ab aliquo creato. Et omne ens corporeum τ incorporeum cum dicit. (Neque aliquid eſt a nobis cognitũ aut ab alio quodam exiſtenitũ τc̃.)

¶ 6. In. 6. particula abnegat ab ipſa prima omnium cauſa modum noſtrum cognoſcendi τ a nobis abnegat modu3 cognoſcendi illius cum dicit (Neq3 ipſam cognoſcunt exiſtentia ſecundu3 q̄ ipſa eſt) (Neq3 ipſa cognoſcit ea que ſunt exiſtentia ſecundum q̄ exiſtentia ſunt.)

¶ 7. In ſeptima particula abnegat conſequenter

quenter a prima omnium cauſa Diffinitionem :nominationem: ⁊ conceptionem cum dicit (Neqꝫ ipſius eſt ratio) quo ad primuꝫ(neque nomen)quo ad 2.(Neque cognitio)quo ad .3.

¶.8.In octaua particula abnegat ab ipſa prima omnium cauſa obſcuritatem ⁊ claritatem quo ad obiectum cum dicit(Neque tenebre neqꝫ lumen eſt) Errorem ⁊ veritatem quo ad actum apprehenſiuum obiecti cum dicit(Neque error neque veritas eſt)vt error ad tenebras:veritas ad lumen tanquam ad obiectum referatur.

¶9.In nona ⁊ vltima particula aufert a prima omnium cauſa vniuerſaliter omnem affirmationem: ⁊ negationem cum ſit omni affirmatione ⁊ negatione ſuperior cum dicit(Neque vniuerſaliter ipſius eſt poſitio Neqꝫ ablatio)

Quarto Ex iſta Dioniſij littera notabiles ⁊ ſingulares concluſiones elicio.

